image
not
available







468

<36629169230019

unvollständiges Exemplar!

(Es fehlen 1. Blatt der Inhalts-angabe u. die Mensurarum Tabula am Schluß.)

REGIMEN

OMNIVM ITER agentium, postremò editum.

AVTHORE GVILHELmo Grataroło Bergomate Philosopho & Medico.



ARGENTORATI
Per Vuendelinum Rihelium.
M. D. LXIII.

Vt peregrinantis uita est subiecta procellis
Aëris, & uarijs undique pressa malis:
Nostra procellosi uario sic turbine mundi,
Voluitur incertis anxia uita modis.
Hoc benè perlecto, seruans pro tempore, libro:
Tutior utq; uoles carpe uiator iter.



CAPITA LIBRI secundi.

1

3. Po

3. Potus in mari ut habeatur, aut quomodo seruetur uinum.

4. Castra metandi & ducendi terrestris exercitus regimen, & ars medica.

5. Variorum itinerum, præsertim terrestrium, particularis descriptio: cui capiti additio ab alijs fieri poterit, cui præposui mensurarum tabulam.

DE REGIMINE ITER AGENTIVM, VEL EQVITVM, uel peditum, uel naui, uel curru ſeu rheda, &c. Liber primus.

Longum iter aggreſſuri purgatio, aut uenæ ſectio quomodo fiendæ ſint, & quo tempore, niſi cogat neceßitas, peregrinandum.

CAPVT I.



OTABILE ITER aggreſſurus, niſi res urgeat, aut niuoſos Rhetorum ac ſimiles mõtes pertranſire oporteat, tempus ſibi eliget Veris, quod à Medicis rationalibus ſaluberrimum, aliarum temporis partiũ reſpectu, pronunciatur, ob temperatas qualitates, & humano, in uniuerſum, corpori aptas: ut alias nunc rationes & cauſas omittam, ne præter inſtitutum lõgior ſim. Is uerò ſiue pedes, ſiue eques, iter acturus, conſiderare

debet.

debet, num corpus suum impuris hu
moribus, aut alioqui bonis & multis,
abundet: quò paucis ante iter diebus,
sibi uel debita purgatione, si malus
aliquis humor abundet ac prępualeat:
uel uenę sectione, si omnes æqualiter
humores plus satis creuerint, prospi-
ciat: id quod periti medici consilio ac
probi ut faciat, si ad manus sit, consu-
lo. Nam ut tum alij medici, tum etiam
nos diximus in libello nostro de lite-
ratorum ac similium ualetudine tuen
da, exercitium non purgato uel impu
ro corpore factum, nonnulla adfert
mala, seu morbos & symptomata,
cùm ex motu accendantur magis hu-
mores, & ad uarias corporis partes
pro eorum situ ac natura, defluant &
currant. Si igitur quis sanguineus sit,
id quod breuiter ex corporis & præ-
sertim faciei rubedine, carnositate me
diocri & solida, hilaritate, benignita-
te, ac similibus cognoscetur: & ætas,
ac robur, aut aliud non impediat, ho-
ra ma-

ra matutina dieq; & loco idoneis basi-
licam dextri cubiti, seu iecorariam ue-
nam secet, ac plus uel minus sangui-
nis educat, pro eius inspecta bonita-
te, uel malitia, aut consuetudine, &c.
ac subinde uiuat, ut phlobotomati de-
bent: non ut quidam, qui statim uino
ac cibis se replent: nam omnia hic scri-
bi nec possunt, nec debent. si is aliquē
morbum pati solitus sit, eo ueris tem-
pore uel hac uel alia conuenientiori
uenæ sectione, aut humorum qualita-
te peccantium purgatione, præcaue-
bit ac pręseruabit, uel utroque modo,
si opus fuerit. Qui si phlegmaticę fue-
rit temperaturæ cognoscetur ex albi-
do colore (nam externus color inter-
nos indicat humores, nisi in profun-
do lateant) totius ferè corporis, ex pin-
guedine ac mollitie, somnolentia, pi-
gritia, multo sputo ac mucore, &c. at-
que sic humores pręparabit ac conco-
quet syrupis aliquot, pro humorum
cruditate maiori uel minori, sumptis,

quorũ hic aliquam formam damus, ut, Recipe oximelitis ſimpl. mellis roſ.col. ſyrupi de Betonica, uel de menta ana unc. 1. & dim. aquarũ probè diſtillatarum, aut decocti fœniculi, betonicæ & hyſſopi, uel origani unc. iij. miſce pro tribus matutinis ad horas circiter tres ante prandium: plures aut pauciores accipiet, ut dixi, uel ſub alia forma, præſente medico docto. nam particulares temperaturas & indiuiduas corporum proprietates quis non uiſo neq; allocuto homine agnoſcat? iuuare tamen uolumus in uniuerſum multos, & eos præcipuè qui medicis bonis carent. poſt acceptos ſyrupos tali uel ſimili uteris purgatione, modo probũ ac fidum pharmacopœum nactus ſis: Recipe electuarij indi, diapeniconis, diachartami, (uel eius loco drach. dim. agarici albiſsimi) añ drach. 2. cum ſaccharo fiat bolus: ſumas horis 4. uel 5. ante prandium cum cuſtodia: hora uerò dimi-

dimidia ante cibum sume paropsidẽ
iuris pisorum, uel carnium recentiũ,
addito rubeo, ut uocant, saccharo, ad
semunciam, & anisi puluere uel cina-
momi scrup. 1. uel dimid. eoq; die, ut
semper fiendũ in purgationibus, ne
quantum solebas, comedas, quòd na
tura utcunq; agitata, debilior sit, nec
multos cibos ferre commodè possit. à
purgatione si uentriculus ut solet im
becilior, ex attractis undique humidi
tatibus, fuerit, sumat drachm. ij. aro-
matici rosacei horis duabus ante pran
dium mane sequenti, uel diagalangã,
si senior fuerit homo uel flatuosior,
aut simile quid ex conseruis rerum ca
lidarum. Pręstat uerò diem purgatio
nis esse quo Luna aqueum aliquod si
gnum peragret, aut libram, neq; con-
iunctioni sit nimis propinqua: sed
hęc iam uulgaria sunt. Si cholericus
seu biliosus sit qui purgari uelit, ex
subflauo colore cognosces, macredi-
ne, promptitudine animi & corporis,

& procliuitate ad iracundiam: sic se purget, etiã omissis syrupis, nisi usque adeò calidus sit humor & acer, ut æquatione & refrigeratione præuia indigeat, ut puta syrupo acetoso simp. syrupo de endiuia uiolaceo, & similibus: Recipe electarij de psilio, uel diasebestem comp. diachatoliconis, añ drach. iij. rhabarbari scrup. 1. cum syrupo ros. sol. fiat in modum opiatæ ut uocant, uel cum saccharo fiat bolus. sumat ut supra de phlegmatico dictum est. Si potionem uelis, Recipe syrupi ros. sol. unc. iij. aquę fumiterræ unc. ij. misceantur. si bolum delicatiorem, Recipe rhabarbari electi subtiliter, ne tamẽ puluis euolet, triti, drac. unam, sacchari rosacei noui unc. dimi d. misce, uel unc. unam succi cassię cape. Si post purgationem uis principalia membra cõfortare, sumito diarodonis drach. duas, uel tantundem triasantalorũ, si hepar sit calidus, eadem à purgatione hora ut superius
de

de phlegmatico dictũ est: idq́ bis uel ter, si opus sit. Melancholicus cognoscetur ex subnigro colore, macie, tristitia, timore etiam sine causa, auaritia, licet hoc sit ferè commune uitium, parcitate, inuidia, &c. in eo sic præparandi erunt humores: Recipe syrupi de fumo terræ, de epithimo, de lupulis, uel de succo buglossi, ana unc. dimid. aquarum uel decocti boraginis & cassutæ unc. iij. misce pro uno, & subinde pro tribus, uel quot uolueris. post syrupos Recipe diasenæ, diacatholiconis ana unc. tres, epithimi scrup. unum cum saccharo fiat bolus, uel cũ pauco iure carnium, aut sero lactis addito scrup. dim. pulueris anisi fiat potio, sumat ut supra dictum est. à purgatione Recipe conseruæ boraginis uel buglossæ unc. unam, specierum arom. ros. uel lætificantis alicuius scrup. dimid. sumat una uice uel in duabus, ut de aliјs dictum est, & potest unciam boni uini albi uel rubei

bibere desuper. Sed quoniam pauperibus etiam consulendum est; phlegmaticus purgabit se, herbarum aliquot conuenientium decoctis addito modico melle à colatura intus cocto, loco syruporũ presumptis, cũ scrup. duob. pilularũ cochiarium, uel drach. una pilularum de hiera cum agarico, uel aggregatiuarum, aut sibi conuenientium, quas sumet mane ad minus horis quinq; ante cibũ, ac superdormiat per horam uel alteram, & eo die se domi contineat. colericus utetur pilulis aureis, uel drach. quatuor electarij de succo rosarum, uel decocto mercurialis, melancholicus decocto uel diluto probè facto ex drach. sex foliorum senę cum drach. dimid. anisorum contusorum. modus iam omnibus ferè notus est, & de his tum in libro nostro de memoria reparanda, tum in iam allegato de sanitate tuenda, fusiorem declarationem & modum dedimus. Ante hyemalem peregrina-

grinationem, ut de uere etiam diximus uiatori siue pedestri, equitiue, utilissimũ erit corpus euacuare: nam ulcera erumpunt, si impurgatus quis laborarit, pauendaq́ mala euenient, ut pręsagit Hippocrates vi. Epidim. & Gal. iij. Aph. xxi. Deinde corpus præmunire conuenit antequam frigore capiatur: non modo uestibus appositis & unctionibus ex nardino oleo, irino, costino, cum pipere, uel pyretro aut castoreo, sed etiam cibis hyemalibus, cum exigua & potenti potione. Et si uerò labor cibum præcedere debeat ex Hippocratis edicto, nihilominus & Razes vi. ad Almanzorẽ, & Auic. iij. primi, iter agentem in frigore uolunt ante migrationem plurimum esse: ob id nimirum quòd frigiditas ieiunos magis tangat, penetret, & urat: sicut exustio repletos. Vulgatum insuper est, ientaculum conferre aduersus aëris impuritatem: quod rustici (etiam tempore pestis) ex pane

cum allio uel butyro, politiores exto
sti panis bucella cum uino uinoso, cre
tico, uel aromatico sumunt; quoniam
ad frigus repellendum cibatio opti-
mum est remediũ: ut in sequentibus
etiam dicemus.

*De diæta, & præmonitione iter in-
greßi, aut aggreßuri.*

CAPVT II.

QVandoquidem omne nimium
est naturæ inimicum, & quod
paulatim fit, ut inquit Hippo-
crates, tutum est, cùm alias, tum quan
do ex uno ad aliud transitus fit; cõsue
tudoq; in senibus non mutanda est, in
alijs paulatim, & ex bono in melius,
uel ex malo in bonum. Iter acturus, si
cogitet aut sciat oportere se in sex re-
bus uocatis non naturalibus, muta-
tionem facere, aut ex parte, uel ex to-
to: preincipiat domi sue, uel in patria,
illi uel cibo uel potui uel exercitio,
aut alijs rebus, nisi male sint, assuesce-
re;

re: ut cum in uia fuerit, facilius ferat: cùm ab iam assuetis, inquiunt phisici, nõ fiat pàssio. Si autem rem aliquam malam cogatur experiri seu habere in itinere, huic nõ dico ut assuescat, quis enim malum duplicaret? sed curet quibus modis possit rem illã uel pro posse euitare, uel corrigere, aut illi cùm locus dabitur antidotum adhibere pro uirili & facultate; in reliquis sciat uictricem fortunæ patientiam dici, & oportere in patientia nostra ut nostras possideamus animas & uitas:

Perfer & obdura dolor hic tibi proderit olim.
Durate ac uosmet rebus seruate secundis,
Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus.

Commoda ad iter sunt æstate equus aut mulus gradarius, essedumq; Gallicum. Hyeme uerò equus succussorius & lectica. quo ad reliqua, nemo nescit æstate linea uestimenta magis conuenire; hyeme lanea, uel bombycina, siue ex pellibus. Si in aërem calidiorem suo natiuo pergat, locum in

quo residebit eligat Septentrionem uersus, refrigeret aqua, & floribus, & herbis frigidis, rosis, uiolis, uitiũ frondibus, ac salicum, &c. è contra si in frigidum, ut bonorũ & siccorum lignorum igne, uestimentis bonis, & uictu ex rebus calefacientibus, & uino potenti ac non multo, domi assuescat illi cibo quem se habiturum putat in uia, nisi, ut est supra dictum, malus absolute sit. In itinere præstat, imo semper, more Galenico, minus in prandio edere ac bibere: nam ex motu impeditur concoctio, fiuntq; subinde obstructiones, inde putredines, & febres, uel alij particulares morbi. caueat sibi à cibis facilè corruptibilibus, uel nimis duræ concoctionis, à fructibius: quæ rijs, nisi sitis & æstas inuitent, aut cogant: ab aqua, nisi sit abstemus hora: si mala est, coquatur cum re aliqua corrigente, ut cinnamomi modico, aut quatuor uel sex piperis granis, uel nuces aut allij parum præsumendo,
quæ

quę etiam contra frigus & humidum aërem proderunt. Pessimè faciunt pedes iter agentes & etiam equites, qui inter eundum, aquam, inuento fonte, ingurgitant, unde splenis aut uentris dolores fiunt. pręstat igitur os solummodo abluere ac gargarizare, os clausum tenere, & parum loqui. In hospitijs caueant à piscibus frigidis coctis, uel recoctis, & diu seruatis: praesertim si in uasis ęneis aut cocti aut cōtecti fuerint, nam ueluti uenenū sunt. Id idem de carnibus dico: quae etiam non laudabiles sunt, si statim excoriatę atq; adhuc calidae coquantur, uel si malę coctae sint. nunquam ferè desunt oua tremula siue sorbilia, modò recentia sint. In hyeme potenti uino ac pauco, praesertim in prandio utendum: ęstate oligophoro uel simili sine aquae dilutione, si fieri potest, pręsertim stomachis debilibus. habeat in pera puluisculos aliquot pauper ex aniso, alij ex cinnamomo, galanga, caryophyllis

lis, zinzibere: quibus super humidis aut frigidis cibarijs hyeme præsertim utatur. Viator, præsertim pedes, non statim cùm applicuerit hospitium, edat uel bibat, sed sinat ut calor ex motu contractus resideat, atq; interim cibum parari iubeat: quando uix quisquam paratum statim reperit quod uult, neque confert parum quid edere aut bibere, deinde post dimidium horæ rursus mensæ assidere: cùm crudũ ponere super coqui incipientem cibum, noceat, quòd inæqualis fiat con coctio. ego his scribo qui sanitatis curam habent, non his quorum Deus uenter est, & fruges aut uinum consumere natis. conferet interdum ad horam uel semis anteprandium bibere dimidium calicẽ abscintites uini, præcipuè his qui minus appetũt, aut uentriculo & hepate sunt minus ualidis.

Viator non statim à cibo iter arripiat, sed circiter horas duas quiescat post leuiculam deambulationem, ut cibus

cibus in uentriculo concoquatur; nisi quis uel gradarium equũ habeat, uel lentè incedat. Satagat insuper ut mane ante discessum, omnes corporis & partium euacuationes pro posse habeat, præsertim uentris beneficium, & urinæ, narium, & pectoris purgamenta. Si uerò aluus nimis astringatur, aut contrà, remedium habebis capite septimo huius libri. Caueat ab animi curis & perturbationibus, quæ corporis uires, satis alioqui ex itinere fessi, deijciunt, ut nimiam solicitudinem, mœstitiam (quam Germani nõ soli, uino pellũt) timorem, angustiã, desperationem, uel etiam inordinatã uel profusam lętitiam; nam omne extremum est uitiosum: sed quod paulatim fit, tutum est.

Quoniam uerò perraro inuenitur abscintite uinũ aut ceruisia talis, uel similes medicati potus: hic docebo rationem ex tempore faciendi potũ abscintiten, siue aliũ cuiusque generis,

qui

qui non omnibus cognitus est: sumitur abscintium siccum, exempli gratia, & cõtunditur, uel manibus cõfringitur, quo melius suas exerat uires ac citius, eoq; in sacculo inuerso pyramidali, uel alio quoq;, posito, mox ceruisia aliquoties per illud colatur, donec clara iterũ fiat, quemadmodũ lixiuium ex cineribus parari solet. hoc modo uinum abscintite quibusdam iter facientibus cõficere mos est. Si uerò inscius aut festinans, malos pisces aut carnes, de quibus supra, edisses, cura ut uomas, sumpto ex officina uomitiuo dicto patriarchæ, uel oximelite & aqua tepida. pòst sume uinum insperso pipere uel zinzibere: aut tabulam diatrij piperei ede, aut diacalamentũ superbibendo modicum uini optimi. post horã comede, ut necessitas requirit, quod melius potes.

Iter agens, in summa, ut inquit Auicenna tertia primi, sollicitus esse debet ne ægrotet: idcirco inter cætera animad-

nimaduertenda, cibus eius sit bonæ substantiæ & quantitatis paucę, præsertim in prandio: olera omnia dimittendo, & fructus, & quęcunque malum generant humorem, nec statim assumpto cibo equitandum est. ęstate, lactucis uel endiuia in acetarijs, & moderatè, uti poteris: tempus cibũ sumendi erit cùm ad hospitium uentum fuerit: potes tamen cùm est eundum, uel ante prandium, aut cœnam, ad duas horas, uel antequam itineri te accingas, sumere parum sacchari rosacei. & hoc tempore in horis frigidioribus, sicut in mane & uespere, equitandum est: alijs uerò temporibus quiescendum: ardores amplius uitabit, si ueste æstiua corpus ita uelet, ne insoletur, sicque caput tegat leuiori aliquo amictu, uel myrti folijs, aut uitis, aut polygonij, ut uult Herodotus. Exustiones quoque arcet cucumeris uel cucurbitæ taleola fronti apposita & gestata. Hæc æstuant qui duos pulegij surculos

los uel ramusculos auribus impositos in sole habēt, si uera dicit Plinius: Ab itinere quiescenti conuenit thoracis & dorsi unctio ex oleo rosaceo, uiolaceo, uel nympheæ: cibus ęstiuus exiguus, & qui facile conficiatur, humidus magis quàm solidus: Potio moderata, & post prandiū ante arreptum iter quiesceret. Sitim in itinere (de qua fusius dicemus capite quarto) arcet sæpe sorbere ex lagena angusti syphonis uini albi, uel rubelli oligophori pauxillum: uel quod suadet Auic. tertia primi pitisare aquam cum aceto mixtam, quam poscam uocamus, uel in ore continere glycirrhizam, cryftallum, alectoriúmue, aut pruna, cerasiáue acida siccata, uel hyppoglottidas, seu quas pharmacopœi bechichias uocāt pilulas seu trochiscos planos super lingua, quarum cōpositio sit ad hunc modum: Recipe seminum portulacę, citruli decorticatorum ana ℥. i. tragacantæ ℥, semis, cum mucc-

cagine

cagine ſeminum cotoneorum, & oui albo fiant globuli, ut dictũ eſt. Aliud. Conſeruæ acetoſæ unc. iij. uiolarum unc. i. ſucci glycirrhizæ puri ʒ. i. candi unc. ſemis fiat conditum. In temporibus frigidis in mane antequam ad iter uel ad negotia peragẽda te exponas, radiculam zingiberis conditi capere, opportunum erit: uel parum de cortice citri conditi. In temporibus medijs capere unam mirobalanum chebulã conditam, conueniet. Ex Paulo Aegineta libro primo. cap. lv. Ratio uictus peregrinantibus utilis: eadem Oribaſij eſt. Itineris iniurias facillime uitabit obeſus, maximè ſi lentius iter feſtinat. Per æſtatem porrò mollis quædã faſcia ſex aut ſeptem digitorũ latitudine, nec minus quàm quinq; cubitorum longitudine, ſinuoſo uolumine lumbos ad ilia uſque implicet. Pedũ quoque, ſubſidij proficiſcẽtibus pluſculum præbuerit. hęc eſt Albani Torini uerſio ultima. Cornarius ſic uer-

tit: In profectionibus facillimè quis uersabitur, si unctus sit, & non ita contentè ac pertinaciter iter faciat, insuperq; æstate fascia molli, latitudinis sex aut septem digitorum, longitudinis autem non minoris quàm quinq; cubitorum, lumbos usque ad laterũ mollitudinem circumdatus. Sed & baculus commodus est ad profectionẽ. Nã in decliuibus locis præmissis, corpus pronum, quasi conto quodam sustẽtat: in accliuibus autem, dum quis ipsi innititur, motum corporis ad accliuem locum faciliorem facit: minus enim labitur is, qui tribus, quàm qui duobus firmamentis nixus, incedit. Quiete igitur in profectionibus contingente, unctio, & modica cibi alicuius æstiui oblatio, & potus moderatus, hac hora conuenit: & post prandium ante itineris ingressum quies. Si uerò quis proficisci cogatur, & sitiat, polentam tenuem in aqua cum modico sale bibat. Cæterum ardores & so-
lem

lem uereri oportet, & ut ne corpus nudum soli exponatur, sed contectum, ut ne in itinere resiccatum induretur. Sic enim & lassitudo minus continget, & relatarum affectionum nulla similiter inciderit. At ubi hyems frigida est, ante profectionem uentre euacuato, & unctione facta, aliquem satis multum cibum hibernum, & exiguum potum sumere conuenit, & circumdare fascia longiore non solum lumbos, sed bene ac probè etiam spinam ac pectus. Vbi uerò quiescit, si in tali recreatione frigus multum fiat, neq; ungi, neq; cibum, neq; potum capere melius est, neque aliam quampiam refectionem, si quis in eo loco permanere uelit. Post longas autem profectiones, & alios fortes labores, etiã si quis lassitudinem non sentiat, curare ipsum oportet ueluti lassatos. Sic enim minus molestiarũ acciderit. huc usque Paulus. Sequutus sum postea Cornarij uersionem, quod clarior sit

& melior. Sed ad uerbum ferè, superius solum notatis uerbis differens, Oribasius idem habet. Sunt autem duo incommoda (referente Cardano lib. xiij. de Var. rerum, cap. lxiij.) quę maximam partem humani generis tollunt, plusq; satis (ait ille) quam bella aut crapula: æstuantem exponere se aëri frigido, & humidos ac madidos pedes diu ferre, id est, per aliquot horas, & maximè si quis cum hoc cibis se repleat. Porrò inquit, quod ita sit, experientia docet, cùm sub uere tot rustici apud nos pereant; & in urbibus uix unus aut alter absque his initijs moritur. exercitatis igitur & in æstuantibus deambulatio in cubiculo concluso satisfaciat: aut si non licet, circumducta ueste donec sensim remittatur calor. Ne pedes madescāt, postquam non tam facile est illos siccare, calceis subere in solea supposito uti consulimus. Suber enim flecti potest; & si tenue fuerit, non minus fermè quàm co-

rium.

rium. Crassius supponitur, si profundius sit lutum. Ad securitatem itinerũ gestatur Adamas, sapphirus, hyacinthus, iris, iaspis, achates, episteries, molochites, quindrios, chelidonius, orchites, ut tradit Albertus. Turchica gemma, ut Mandenila, & alij. Virgula uerbasci. Apul. dexter lupi oculus, Kiranus. Cor uulturis. Sext. Carduus, Apul. Artemisiam secum habentibus negãt nocere mala medicamenta, bestiámue ullam, ne solem quidẽ. Alligatam qui habet uiator, negatur lassitudinem sentire. Virgæ myrti gestatæ uiatori pediti prosunt in longo itinere. Betonica altera animos & corpora hominum tuetur à maleficijs, & piaculis omnibus: contra peregrinationes nocturnas, itinera insidiosa, difficiles somnos cõmendata: ex Musa & Ruel. Flos Britannicæ herbę collectus antequam tonitrua audiantur, & deuoratus, securos in totum reddebat milites: Plinius. Idem præstat Co

rallius lapis gestatus. Sed plura & tutiora uel faciliora dicemus cap. ix.

Canes non adlatrant folium arnoglossę sub pollice pedis detinentibus, Kiranus. Vel leporis fimum aut pilos habentibus, Plin. uel habenti mustellæ caudam, Aelianus. Eorum imperium timẽtibus Nerij radicem collo circumdato, Gálenus. Canum incursus hyenæ lingua impeditur, Gillius, & Ruel. à ferarum morsibus securos tutosq́; reddit adamas sinistro lacerto adalligatus, Alb. Artimisia collo suspensa, Macer. Leonis adeps corpori illitus, Plin. Cor uulturis gestatum, idem.

Futuras tempestates ut agnoscas certò ac perpetuò præstabit libellus noster hac de re iam pridẽ editus. Raræ tamen sunt, aut non diuturnæ tempestates, quæ hominem bene munitũ ocreis, pileo, penula seu filtro, & equo generoso, impediant iter prosequi.

Præcau-

Præcautio, ne ciborum in itinere defectu, fames aut sitis urgeat, deq́; cibis & potu peregrinantium.

CAPVT III.

Contingit aliquando ut in incognitas aut desertas regiones peregrinãti, cibus uel potus desit, unde & uentriculus malos attrahit succos, & totum subinde corpus læditur ex diuturna fame uel siti. Nam & si quis posit absque cibo & potu ad sex uel septem dies uiuere: hoc tamen intelligendum est de quiescentibus, nõ autem de iter agentibus, in quibus calor excitatus magis humidum consumit: & ubi fames est, inquit bonus noster Hippocrates, laborandum nõ est. Adducemus ergo aliquos laudatos cibos, qui aliquot ad dies modica eorũ quantitate semel sumpta, famem abigunt ἄλιμα grecè dicta: itidem de sitim tollentibus facturi, quæ ἄδιψα Græci uocant. Quædam exiguo gustu famẽ

simul ac sitim sedant, conseruantq́ue uires: uelut est butyrum præsertim recens & bonum, hypace seu caseus equinus, & glycyrrhizon: apud Pliniū lib. xi. Item catapotia ex adipe uaccino liquato qui sumpserit, longo tempore tolerabit inediam. Adipis quoque prædicti pōdo, in oleo uiolato ad mellis consistentiam dissolutum, pro alimonia in decem dies sufficere potest, ut tradit Auicenna, de qua re aliter & fusius statim infra dicetur. Ferūt Scytas duabus herbis duodenos dies durare in fame, sitiq́ue, hoc est, scytica herba, & spartana. Hanc in ore habentes famem sitimq́ue nō sentiunt. id uerum esse testis est Plinius xxv. nat. hist. & Ruellius. quę autem sint hę apud nos herbæ, uel an sint, uel num etiam ijs æquipollentes reperiantur, iudicent studiosissimi nostri temporis Herbarij uiri. Cibus qui ex assatis hepatibus paratur, exsaturat, famemq́ue adimit. fiunt & globuli seu pastilli (teste Aui-

cēna primi canōis fen. iij. doct. v. cap. ij.) ex quibus unum si comedas, non famesces integro die, hac forma. Recipe amig. dulcium excorticarum lib. i. adipis uaccæ liquati lib. dimid. olei uiolarum unc. duas, muscillaginis radicis altheæ unc. unam, terantur omnia simul in morta rio, & fiant pilæ sicut globuli nucis iu glandis ad instar: tales globulos seru et uiator quàm diu potest â nimio calore ne liquescāt. & secum ferat ad necessarios usus: nā diu seruātur. Delicatiores ac ditiores dictorum globulorum loco potius habebunt martium uocatū panem, uulgò marzipan, qui fit ex amygdalis dulcibus contusis, & cum saccharo mixtis in placentæ modum, nebulis, ut uocant subditis, & desuper bona aqua rosacea consperſa, seu modicè irrorata & illita, quæ demum placenta in furno pane extracto, uel alioqui leui igne in patella apta coquitur. hic cibus bene nutrit, & roborat: possunt

C v

ad libitum pinei nuclei recentes præparatiq́; in contusione addi: delicatiores sunt placentæ genuenses. fiunt & pro hyeme panes placentarij, uel potius placentæ, ex saccharo, aromatis aliquibus & farina fabarum, quæ nutriunt, & famem pellunt. in hunc modum fit & panis in Germania **krafft brot** uocatus, in hũc ferê modũ: Recipe pastam fabaceam ad quantitatem capitis, commisce libram semis puri & candidi sacchari, & inde formetur longus panis, **weccken** Germani uocant, coquatur cum alio pane, coctũ exime ac per diem & noctẽ sinas quiescere, tum incide in partes, sed nõ penitus separatas inuicem, atque inter eas asperge aquam rosaceam recentẽ, ac rursus partes illas simul comprime uel reduc, atque rursus in furno coquatur. nam diu recẽs seruatur, & boni est chimi, ac bene saturat etiam in parua admodum quantitate. tecum ergo habeas ad necessitatis opportunitatem.

nitatem, supradicta etiam ex parte si-
tim tollunt: de qua tamen propriè ac
fusius in sequẽti capite dicemus. Pau
periores pilulas sibi facient ex uaccæ
seu bouis adipe uel pinguedine, ac o-
leo uiolaceo massa liquefactione pri-
us benè subacta: nam illius uncia fa-
mem ac sitim tollet per diem natura-
lem, & plus pro sumentis ratione &
diuersitate. Athenæus scribit de quo-
dam Magone Carthaginensi, quòd
terram continentem ter obiuertt, sola
farina sicca sine potu uictitans.

Sunt aliqua loca in quibus ob ui-
ni penuriam aut carentiam utuntur
ceruisia, quæ quia non ita omnibus
nota est, ut uinum & simplex aqua,
ideò cauebit uiator, si modò ceruisiæ
uolet assuescere, uel ob uini caritatẽ,
uel ob eius absentiam, ne ceruisia uel
nimis amara sit (nam haud nutriret)
uel ad acetosum uergat, quia cum a-
lioqui ex se frigida sit & humida, eò
magis uentriculum talis acetosa læ-

lęderet,& neruosas omnes partes. Sit etiam clara, non turbida, quòd hepar sic obstruat, calculum in renibus generet, anhelitus difficultatem, & nimias in corpore humiditates. nã ex quo grano sit facta, uel benè aut malè, uel uetus an noua sit, quis hospiti crederet? ut enim in prouerbio est, ne petas ab hospite num uinum bonũ, aut laudatã ceruisiam habeat. Scias prætereà non minus à nimio ceruisiæ potu cauendum quàm uini, quia ipsa etiã inebriet, & diuturniori ebrietate quàm uinum, quod eius uapores sint crassiores, & ob id discussionis difficilioris: plura qui de hoc potu scire uult, consulat Germanos scriptores. & nos etiam non inutilia de ea & de re omni potabili diximus in libro de uino, capite xxiiij. Aquę pluuiales alijs cõmuniter subtiliores sunt, & ideo etiam citius putrescũt. eis igitur dum recẽtes sunt utendum: uel decoquantur, et nõ tam citò putrescent, nam decoctio putredini

dini resistit, admixtio aceti cum crassa aqua rectificat utcunque illius crassitiem. idem fit ex uase in uas fundẽdo illam, et ex alto intus proijciendo paruos lapillos: crassam enim rarefaciũt, & subtiliant. Contra aquarum mutationes ualet allium. Dioscorides. & uitiosarum remediũ est, si decoquantur, ut dictum est, ad dimidias partes, Plinius. Qui quonam pacto aqua marina dulcescat, docet lib. xxx. cap. vi.

Aquis insalubribus bibendis teritur & inspergitur tritum pulegium. Earum uerò amaritudinem emendat corallium contusum, uel hordeum tritum linteolo illigatum iniectũ, teste Praxano apud Florentinum.

Aqua salubrior fit, & in colorem uini mutatur, in qua tabuerit amaranthus, uel elixata fuerit oxalidis radix. Similia (sed non hoc) reperies in libro nostro de uino & re omni potabili capite xxiij.

Admoneo insuper eos qui nesciunt, aquam

aquam ieiuno uentriculo potam, & post exercitiũ, aut balneum, aut post ebrietatẽ, aut crapulam, esse causam mendosæ sitis. Qui uerò tali laborant siti, non bibant: nam superdormiendo, et sitim tolerando, sedatur sitis: quia humor eam faciens cõcoquitur & corrigitur. Sed cum concoctio impeditur propter potum, redit sitis mendosa, quia humor ille sitim faciens non corrigitur nec concoquitur, seu digeritur. Aqua tepida nauseam facit: calida stomachum debilitat: sed rarò sumpta, stomachũ lauat, & uentrem laxat. Aqua frigida cum modis & temporibus, & ab assuetis sumpta, cõfortat omnes uirtutes naturales in suis operationibus, quãdo sanæ sunt, uel in sua æqualitate, nempe, attractricem, retentricem, cõcoctricem, & expultricem: & confert fluxiones à quocunque membro patientibus. nocet tamen neruis, & habentibus obstructiones, & apostemata, nisi conuenienter

nienter rebus incoctis corrigatur. Aquæ ferreæ uiſcera confortant. Non diu eſt inuentam eſſe hãc artem, ut panis teſſelatim inciſus, ac poſtquam coctus eſt & adhuc calens, ponatur in maluatico uel alio genoroſo uino & tegatur, & cùm frigidum eſt rurſus in furno exiccetur uel coquatur, ut ſit biſcoctus ac ſicus & durus, nam ferũt ſecum uiatores talem biſcoctum, & cùm deeſt uinum, accipiunt aquam, & imponunt fruſtulum illius biſcocti ut intus remolleſcat; & panis ita poteſt adhuc in cibi uſum eſſe, & aqua illa ſaporem & ferê odorem uini recepit, ut bibenti placeat. Idem faciunt alij extincto pane ſæpius in bono aceto, ac demum exiccato uel in puluerem redacto; cuius portiuncula, ut puta cochlear, in ciatho uini uel aquæ poſita, per quartum horæ, conuertit ferè in acetum purum. Credo ſi farina his duobus modis miſceretur cum uino uel aceto loco aquæ,

& inde fieret panis, qui bis uel ter ut supra coqueretur, & uel siccissimus, non tamẽ ustus, seruaretur, aut in pul uerem redigeretur, melius præstaret quod quæritur. Pro cibo item in locis sterilibus aliqui secũ ferunt pulueres ex bonis carnibus: pro siti pruna habent: & alij inuestigari possunt, iuxta iam dicta, modi: cùm inuentis addere non sit difficile.

Vinum rubeum uel crassum melius est illi, qui pinguis fieri desiderat, cùm plus id nutriat & roboret: at cauendum ne sua densitate, si non sit clarum & purgatum, obstructiones faciat, prȩsertim cùm ex motu citius descendat & minus digestum. Vetus tamen clarum ac purũ melius est plegmaticis, & macrefieri cupientibus, & præsertim album.

Super cibum mali chimi uel nutrimenti bibere uinum dum comeditur, uel ante uel illicò post, est malũ: quoniam ipsum per totum corpus pene-
trare

trare facit. Præstaret igitur à potu uini abstinere donec nec talis cibus (ut sunt horrei, uel putrescibiles fructus & similia) sit concoctus, uel si sitis urgeat, eam cū pauco frigidæ aquæ extinguere; uel talem cibū si solus sumptus sit, deorsum pellere, ac uentrem lubricū, si opus sit, reddere cum haustu magno plurimæ aquę puræ, ut super pruna, cerasa, melones, & huiusmodi: licet aliqui ad pauca animaduertentes, & uoluptatem potius sequentes, aliter pronuncient: quibus alibi satis respondimus. In quē enim alium usum tales fructus sumimus, nisi aliarum rerū penuria urgeat, quàm ut refrigerent, sitim extinguant, molliant uentrem? quid ergo opus est eorum actionem uel operationem, uino præsertim mero, & pane uel caseo, impedire? Peior est repletio ex cibo quâm ex potu: pessima uerò quæ ex utroque simul.

Qui ergo cupit multum una uice

bibere, id est uno prandio uel cœna, paucum & leuem sumat cibum, & è contrà: Nam si plurimum sumat cibi, ac plurimum superbibat, deducetur inconcoctus cibus ad hepar & uenas. Sed hæc in libris de sanitatis regimine fusius quiuis uidere poterit.

Sitim & linguæ ariditatem itinerantium tollentia, item stomachi ardorem sistentia, appetitumq; restaurantia.

CAPVT IIII.

ETsi in præcedenti capite nonnihil etiam ad sitim pertinens dictũ sit, cùm tamen exercitium, præcipuè pedestrium, inflammet & sitim accendat, atque illi extinguendæ non satis sit obiter bibere, docebo plura ad hanc rem utilissima. In primis autem caueat uiator ne inter eundum, præsertim in calore, multum loquatur, cùm ex hoc nõ parum sitis ex oris ac faucium & linguæ siccitate, accendatur.

datur. Caueat à duris & bene salitis cibarijs, & ab aromatis: in calore cum carnibus utatur embammatis uel intinctibus ex frigidis herbis, ut oxalide seu acetosa, acetosula, seu pane cuculi, ut uocant barbari, acresta, succo capreolorũ uitium, seu tenerorũ pampinorum, granatis, aurantijs, limonibus, cucurbitis, cucumeribus, berberibus, uel fructibus ribes, qui à cibo etiam uapores ne ad caput ascendant, arcebũt, prunis damascenis in ore retentis, masticatisq́ꝫ, & similibus: cui rei sequentes trocisci conferunt, Recipe quatuor seminum maiorum frig. seminis papaueris albi ana drach. unam, conficiantur cum mucillagine seminis citoniorum & dragacanti, & fiant tabulę in modũ lupinorum. Cõfert & tenere in ore coralliũ, uel chrystallum, qui prius in aqua recenti steterint. Aliqui sacculos lineos super linguam ponendos faciunt ex seminibus frigidis contusis, succo glycyr-

rhizæ, cum mucillagine ſeu lentore ſeminum citoniorum contuſorum, & in aqua roſacea infuſorum ſeu dilutorum: tales ſacculos exiccari permittunt, & ſecum deferunt: & cùm oportet eos in ſyrupo uiolaceo, uel roſaceo, uel poſca humectant, & in ore aliquandiu ſeruant. & hoc linguæ ariditati ualde conferet, etiam febrientibus. Pauperes lactucã in recenti aqua lotam maſticabunt, aut portulacam, aut uitium capreolos, aut oxalidem, & ſimilia. Si bibere uelint in maxima ſiti & æſtu, & iuuenes ſint, utentur poſca quæ ita ſtatim paratur: ſumatur calix aquæ recẽtis, cui addatur aceti puri, præſertim roſati, cochlear unũ uel alterum, ita ſæpe guſtando ut ſapor acetoſus placeat: nam pro aceti ratione plus uel minus accipiendum eſt. & cum per dimidium ſaltem horæ quartum permixta fuerint, pręſertim fundendo & refundendo ex uno in aliud uas, tunc bibat ad libitum: nam plus

ſitim

ſitim extinguet ciathus communis il lius, quàm ſi cantharum aquæ puræ, uel uini bibas, nec ita lædit ut pura a-qua uel uinum. Vinũ etiam aqua di-lutum citius appetitum illum frigidi & humidi, nempe ſitim, tollit, quàm horum alterutrum ſeorſim: rationes horum omitto breuitatis ergò. pro-derit prius ea poſca gargarizare, & uiſcoſum aut ſalſum adhęrensq́ phle gma expuere, id etiam fiet ſi os aqua hordei, in qua diluta fuerint cotoneo-rum ſemina, ſępius abluatur: ſic enim magis ac magis humectabitur lin-gua, & uicinæ partes. Quomodo au-tem ſi aqua impura fuerit corrigatur & aptetur, illico dicemus: quamuis a-liquid ſuperius, ſed plura in libro no-ſtro de uino & re omni potabili dixe-rimus cap. xxvij. Portulaca igitur a-quarum uitijs, pręſertim ſalſedini, ple riſq́ reſiſtit: ſed in uniuerſum hoc ma-gis præſtant allium, uel cæpe, aut the-riaca: quæ etiam malo & putrido aëri

obſtāt. Aqua pluuialis cæteris omni-
bus melior, leuior, & mundior eſt, præ
cipuè ſi à cœlo immediatè ſit collecta,
uel quæ non per ſyphones plumbeos
aut ęreos, uel alioqui immunda tecta,
transierit. Corrigitur inſuper aqua, ſi
diu reſidere in mundo uaſe permitta-
tur, ut craſsities fundum petat, deinde
ulter fundatur, & cum bono uino mi-
ſceatur: uel diſtilletur ſeu transfunda-
tur per micam panis, aut per alembi-
cum deſtilletur, aut per filtrum, aut
panem intus ponendo, aut ſæpius co-
letur: aut reſudante corpore multum
per ſudorem egrediatur: aut coqua-
tur, quia ſic quod ineſt ſeparabitur, &
fundũ petet dum refrigerabitur. Sed
deſtillatio præualeat omnibus: quæ
tamen non in plumbeis aut æneis fiat
uaſis, ſed uitreis, aut terreis uitreatis,
aut ſaltem è puro ſtanno. Poteſt item
colari cum lana torta, cuius una extre
mitas ſit in ea, alia in alio uaſe: & ſi plu
ries ita fiet, eſt optimum. Similiter co-
qui

q̄ui poteſt aqua mala uel amara, & lu-
tum bonum ſeu terra ſimplex & bona
in ea proijci, & guttatim ut antea de-
ſtilletur. Si multa non ſit aquæ mali-
tia, corrigitur ſi cum uino bibatur. Su
per aquam craſſam utatur quis alleis.
Item ſi bibatur aqua cum pāno mun-
do interpoſito, ſophiſticat ſitim, & ua
let hoc cōtra ſanguiſugas, uermes, &
alia minuta nociua. Si inijcias parum
aluminis triti, ſtatim clarificat aquā,
uel uinum. Potabiles aquæ per æſta-
tem improbiores euadunt, leuiiſimo
illo & dulciſsimo, quod in ſe habent,
ab æſtu ferè diſcuſſo. ſecus per hyber-
na tempora ſe habēt. eadem eſt in ma-
ri ratio. ſtagnantes aquæ minus pro-
bæ ſunt. Sed iam tandem amiſſum ap
petitū reſtauremus: caueat ergo à ni-
mis calidis cibarijs, & herbis, utaturq;
his quæ in parua quantitate multum
nutriunt & facile, ut recentibus ouis
in aqua cum teſta coctis, non duris:
hepatibus gallinarum, & alijs iam ſu-

perius dictis: ac initio intritus fiant, uel embammata ex bona uitulina uel bouis iuuenis carne, minutim & subtiliter incisa, & mixta cum aqua rosacea, aceto rosato, succo narrãtiorum, uino granatorũ, uel modico maluatici, cùm tantillo piperis, uel cinnamomi, ac salis, uel colymbadibus oliuis utatur, aut capparibus. Si uerò uentriculus aliqua humorum indigeat euacuatione ac simul roboratione, sumat horas plus minus quinque ante prandium sequentes pilulas: Recipe massæ pilularũ alephanginarũ drach. duas, aloës lotę drach. tres, mastiches, rosarum rub. ligni aloës odorati ana scrup. dim. cũ melle ros. col. uel aqua abscintij, fiant pilulæ vij. pro iij. & nisi semel satis sit, sumat post unum diem aliam drachmam, uel plus. sequenti à qualicunque purgatione die, poterit drach. tres uel quatuor abscintites uini bibere ad horam ante prandium. aut uentriculum ieiunũ illineat oleo

abscin-

abſcintite calido, adiecta quarta parte aceti roſati, & modico puluere ſpecierum aromatici roſati; uel abſcintium et menta parum contuſa, & calefacta, acetoq; calido irrorata, ſuperligẽtur uentriculo. Ciborum etiam odium potu aquæ calidæ ſanatur, aut inde uomitum prouocando, aut aluũ ſubducendo. Lupini in aqua ſatis macerati (ut in Italia mos eſt) cum ſale, faſtidium tollunt. Deiectioni appetitus ac faſtidio ex frigida cauſa, plurimũ ualet abſcinthij decoctum aliquot matutinis ſumptum; decoquatur autem in aqua uel in uino; aut in uino albo auſtero maceretur.

Linguæ arefactio tollitur primò uitando aromata, et uinum, ac calorem; tum his utendo quæ ſuperius contra ſitim dicta ſunt, his uerò magis propriè; Recipe mucillaginis ſem. citoniorum extractæ cum aqua hordei per leuem decoctionem, unc. unam & dimid. ſyrupi uiolati, roſati, diamoronis

una drach. ſex miſce, fiat eclygma: quo ſæpe utatur æger. ad idē facit mel roſaceum mixtum cum ſucco berberorum, aut aqua prunellæ: quæ ſi deſint, accipiat meditullium cum ſeminibus ex cotoneo, & frangat ſeu terat ſemina, & ſimul ponat in uaſe, non ęneo uel ſtanneo, cum aceto roſato & aqua q. s. & inde fiet muſſilago. aut gargarizetur ſyrupus acetoſus cum aqua hordei, & iuuabit.

Ardori ſtomachi uel æſtuationi.

Si uiator inordinatè uiuat, pinguia comedat, & ſtatim iter proſequatur, ſequitur interdū affectus quidam, quē ſtomachi æſtuationem, uel ardorem nominant. Cui reſiſtunt aliqui cum glicyrrhyza, aut eius ſucco, aut calidam aquam ieiuni ſemel bibunt, aut lac, uel transglutiunt tria uel quatuor granula thuris albi, uel ſemina nucleorum ceraſorum edunt, uel diatragacantum in ore tenent, ut paulatim liqueſcat: uel in maiori paſſione his

morſulis

morsulis seu tabulis utuntur: Recipe zedoariæ non cariosæ, masticheses, melegettæ seu granorum paradisi ana drach. unam, nucis moscatæ cinamomi ana drach. dim. sacchari albi unc. unam, sacchari candi unc. tres cum aqua lactucæ, fiat confectio in morsellis duarum drach. pro singulo. sumat unum horis duabus ante cibum.

Cùm quis multum sitit, & maximè si ambulauerit, non statim multum bibat, sed os lauet, de ea parum traijciat, extrema in aqua ponat, faciem lauet: siti iam multum minuta bibat usque quo quasi saturetur. Vltimum ferè ad sitim mendosam remedium est dormire sine potu apud ingressum lecti. est etiam remediũ bibere cum uase stricti colli, aut pannum interponere: alius modus est prouocare tussim. itẽ parũ aquę frigidissimę extinguit sitim, &c. & sitim post cibum mendosam sedat parum aquæ frigidæ, & quo frigidior eo melior. uel aërem frigidum

haurire, uel inspirare.

Omnis itinerans portet theriacam, quia malas aquas, & cibos corruptos, & alia corrigit. Si caret aceto, iniјce uino puluerem mororum immaturorũ siccatorum, & in puluerem reductorum, & erit acetum. Ita si uinum in uase semipleno bulias in aqua buliente posito. Si caret acresta, iniјce in aqua uel uino albo puluerẽ uuæ immaturæ, siccatæ, & puluerizatæ: uel pone sal in uino.

Circa aquam aduerte, quia potest fieri uenenosa, uel quia labitur per mineram uenenosam, aut per radices arborum uenenosarum, ut taxi, buxi, &c. aut per uel prope habitaculum alicuius uenenosi animalis, uel impositione lini macerandi aut canabis, aut casu seu iniectione cadaueris & huiusmodi. Ipsa etiam aqua simplex, pura, frigida uenenum facit aut fit, si bibatur post exercitium, uel exitũ balnei, uel coitum, præcipuè stomacho ieiuno,

no, quia facit tremorem & hydropen: quia hepar ea refrigeratum non benè conuertit chilum in chimũ. Ipsa enim aqua sua frigiditate actuali & potentiali hepar infrigidat. Cura uerò est cùm diacurcuma, dialacca, & huiusmodi, cum uino claro & odorifero, &c.

Somnum amissum conciliantia.

CAPVT V.

CErtum est non posse animal perpetuò uigilare, quòd per uigiliã dissoluitur calor innatus, ob idq; cogitur sese ad internas partes recipere, quò resolutus instauretur: Nam nisi esset somnus, sensus periret, ut etiã Auerroes asserit ij. collec. cùm autem somnus & uigilia contrariæ sint passiones, ideo circa eandẽ partem fiunt. de quibus alibi uidendum. Etsi labor & lassitudo somnum conciliare soleant, contingunt tamen itineranti sollicitudines interdum, aut incommo-

ditates uarijs de causis, quæ somnum prorsus ferè arceant: atque ita operæ precium fuerit nonnulla paratu facilia ut indicemus, pro somno inducendo his qui nimis uigilia urgentur.

Duabus igitur post cœnam horis, ingressurus lectũ habeat aquam pro pedum & tibiarũ ablutione, hoc modo paratam: nempe ut in ea bulierint uel lactucæ, uel nenupharis flores, uiolę, camemalon, cortices capitum papaueris, aut folia uitis: hac aqua, præsertim in calore & æstate, pedes ut dixi abluat, tum etiam manus usqu ead cubitum: & post horæ quartum adhuc bibat talem syrupum: Recipe syrupi de nenuphare, uiolati, de papauere ana unc. dimid. misce, uel solum unc. unam syrupi de papauere sumat si magis instant uigiliæ. Proderit & in promptu habere hoc unguentũ, cùm sæpe non inueniantur instructi pharmacopœi. Recipe olei de nenuphare, uiolati, unguenti populeonis ana lot unum,

unum, aceti rosati drach. unam opij grana tria, croci puluerizati itidẽ grana tria: fiat ex his unguentum, quo hora somni conciliandi ungantur temporanarium foramina, & pulsus. Potest & habere semen albũ papaueris, ex quo bene trito semidrachma ponatur, uel coquatur in ferculo: aut lactucę in iure pro pane iurulento buliant. Vel rosaceum oleum & minimum caphuræ ac muliebre lac misceat: in quibus lineus panniculus intinctus superponatur tepidus fronti ac temporibus, & superligetur. Pauperiores possunt, uel illo semine albi papaueris uti, uel guttam unam uel alterã fellis leporis cum cochleari magno uini haurire. Vulgares tamen uino potenti ac copioso epoto in cœna, et post cœnam, sibi ipsis, stulta ducti experientia, somnum conciliant, uel potius ebrietatem & capitis dolorem, uel grauedinem, ac similia: dicũt enim qui bene bibit, bene dormit; qui dormit nõ

peccat: & huiusmodi nugas, non nego quidem uinum moderatè potum & etiam ad hilaritatem, senioribus præsertim, suauiter somnum conciliare: sed interdum aliis uigilias calore, inducit. Vigilias denique lætis cogitationibus, studijs, colloquijs, picturarumq́ amœnarum aspectu conpensabis: aut propulsabis cantu aquarũ, nemorum, montium solitudinumq́ picturis, susurro aquæ, balneis crurũ, odoribus atque (ut dictũ est) unguentis suauibus ac soporiferis, aniliumq́ fabularũ narratione: tum cum poëta:

Adde merum uinoq; nouos compesce dolores:
Occupet ut feßi lumina uicta sopor.

Somnia turbulenta sedat hyacinthus rubens, et adamas. Veluti autem spes cum ratione potior est omnium, ita desperatio pessimum est malorum omnium.

Laßitu-

Laßitudinem & debilitatem undecunque tollentia, & ab ea præseruantia.

CAPVT VI.

NOn rarũ est quomodocunq; iter agentibus priuatis hominibus præsertim peditibus, debilitatẽ & lassitudinem una uel pluribus de caussis incurrere: κόπος uerò, id est lassitudo, duplex est: à causa externa & interna. Prior triplex, ulcerosa, tensiua, phlegmonosa. Vlcerosa celeri ac multo motu efficitur, maximè in cacochymia, in quibus excremẽta crassa funduntur, & attenuantur. eoq; tenuis & acris humor ueluti pũgit, ac imbierat tum cutem tum carnem. Aliquãdo etiam in boni succi corporibus incidit, ob nimium exercitationis modum, adipe aut molli carne liquata. Tensiua his incidit, quibus salubris succus est. post robustas potius quàm celeres exercitationes, per quas in musculis & neruis tensio uehemens efficitur, in

qua omnes musculorũ fibræ tenduntur: secundum tamen magis & minus. Phegmonosa ex uehementissimis nascitur motibus, inuaditq; eos, qui exercitationibus assueti non sunt, alios rarò. in hac ceu cõtusas, aut phlegmone obsessas partes scintillus. Sed de his fusius alij, ut Galenus iij. de tuenda sanit. & ij. Simpl. & alibi. Lassitudo lassitudine soluitur, quum uidelicet externis exercitationibus, pares postridie adhibendas uidetur expediens. Vlcerosæ remedium est, eorum quæ redundant euaporatio. Euaporatur autem frictione multa ac molli, cum oleo dulcissimo, quo copioso cũ frictione utendum: præcipuè in his, qui in cute, & sub cute excrementorũ collectam uim habent. Discutiuntur etiam quæ redundant exercitatione, quæ apotherapia dicitur: maximè si in musculis congesta fuerint. Etenim in his coacta excrementa sola frictio educere non potest. Tensioni χάλασις, id

id est relaxatio contraria est. Sanè remittitur quod tensum est per exercitationem frictione pauca simul & molli, ex oleo dulci, requie, & tranquillitate, balneis temperatis, & longa in aquis calidis mora. Et si bis terue lauetur, & à balneo ungatur, plus proderit. In phlegmonosa, sanationis consilium ad tria dirigitur: nempe, ad excrementi euacuationem, tensi remissionem, & ardoris refrigerium. oleũ ergo copiosum & tepidum, cum frictione mollissima, & longissima in aquis temperatis mora huiusmodi fatigationem emendat. Item multa quies & unctio assidua. Deniq; omnia, quæ laxatum recreant, & quod superuacaneum est, per halitum digerunt. Porro in omni lassitudine boni succi nutrimentum necessarium, humidum & nullo modo glutinosum. In ulcerosa contrà glutinosum conuenit; in tensiua humidissimum: & utrunque refrigerans in phlegmonosa. In ulcerosa

rursus ex consuetudine uel parcius cibandum: in tensiua magis parcè: in phlegmonosa parcissimè. De lassitudine à causa interna & quę spontanea uocatur, quęq; pariter triplex est, non est ut hic tractẽ. cui tamẽ ex primo capite obuiam iri poterit. Vtatur ergo quoad fieri potest (quæ cõditio in omnibus subintelligenda uenit) restaurantibus & boni succi cibis, ut castratis gallinis, capis, perdicibus, fasianis: brodio consumato cum aqua buglossi, uel ut inquit Auicẽna, aqua carnis: quę ex probè, sed non plenè, assata carne in ueru, positaq; inter duos ligneos orbes, torculari exprimitur. Sed hæc domi manentibus, potius quàm peregrinis, cõmoda sunt. Igitur iuxta medicorum sententiam, & experientiam ratione suffultam, ex maxime ac citò restaurantibus est uinum odorũ & sapidum, atque oua tremeta uel sorbilia, recentia: uel saltem bonus panis maluatico, aut simili uino infusus & esus:

esus. Sed apertus est Hippocratis aphorismus, dicens, In quocunq; motu laborare cœperis, quies lassitudinẽ auffert: nam perpetuò illud uerũ est, contraria contrarijs curari. Adferunt aliqui secum martium panem, uel tale conditum aut simile, uidelicet, Recipe pistachiorum præparatorum cũ rosacea aqua, amig. dulcium ana unc. tres uel quatuor, passularũ corinthiacarum drach. duas, cinamomi electi drach. unam; santali citrini, glicyrrhyzæ rasæ ana scrup. 4. margaritarum prępar. corallorum rubeorũ prępar. ana drach. dimid. sacchari albissimi unc. sex, cum aqua rosata conficiantur in formam cõditi: sumat omni mane, uel quando libet, ad quantitatem paruæ nucis uel castaneæ, nam corroborat beneq; nutrit, &c. Si simul sitis urgeat uel cor laboret, sumat saccharum rosaceum, uel uiolaceum, diaboraginatum, uel buglossatum, manus Christi perlatas, ut barbari uocãt, aut

ex his mixta cum syrupo de acido citri, præsertim æstate. hyeme calidiora aromata indere potest, ut caryophillos, galangam, & similia. Virgam uiticis qui in manu habet aut cinctu, negatur intertrigine tentari.

Sed iam ἄκοπα, id est, lassitudinem tollentia, & localia, nonnulla describamus. Si ergo ex labore uel uia fatigatus & lassatus, inuoluat se totum & etiam pedes plãtagine, illico sanatur. Oleum mastichinum cum oleo rosato & uino antiquo factum, lassitudinem debilitatemq́ꝫ neruorũ auffert. Quidam aiunt, uiatores, lassitudinẽ itinerariam non sensituros, si saluiam artimisiæ obligauerint, ac secum ferant. Sumitur etiam seminis anisi, aut urticæ obolus cum uino. Alligantur artimisia, ladanum, nerui gruis: aut myrti uirga in manu tenetur: gestatur proserpinata herba in ore uel sub lingua. Plin. Diosc. Plura capite duodecimo reperies. Auicenna decimo ter

tij in capite de uirtutis subito casu, res octo ponit, quibus ea conseruatur, & augetur, quæ in memoria bene sculpenda sunt. Prima est cibus leuis, euchymus, faciliter & citò digestus, qui sanguinem subtilem & spiritus generans, robur cordis releuat. Secũda est subtile uinum ad confortandum cor conueniens, & ad multiplicandũ uitales spiritus. Tertia sunt odores suauiter fragrantes, qui spiritus refouẽt, & cerebro & cordi robur & solamen continuò præstant. Quarta est animi tranquillitas, & corporis, & loci habitati procul à tumultu. Quinta est gaudium moderatè receptum, quod ætatem floridam facere solet, sicut tristis spiritus ossa desiccat. Sexta est dimissio uel euitatio rerum cõtristantium, & rixas mouentium, & iras, & iurgia: quæ sanguinem, spiritum, & animũ, conturbant. Septima est reuocatio uel aproximatio, uel assistentia frequens & assidua rerum amabilium,

ſine ueneris acceſſu, uel appetitu, & gaudij nimij. Octaua eſt habitatio cũ gratis & dilectis, ſine ſuſpicione propoſiti nocendi. Adde pro nona beneficium uentris, & ciborum ac potuũ parſimoniam, tempeſtiuumq́ & commodum exercitium. Et certè audeo cum multis affirmare, nullum regimen, nullamq́ medicinam hiſce præſtantiorem eſſe ad ſane uiuendum, & ad uitam uſque ad terminum certi hominis periodi à Deo conſtituti, propagandam. Et qui regimen hoc obſeruare ſciunt & poſſunt, fruſtra ab Indis medicamina quæ inuentam prorogent, & ſenectam retardent quærunt, aut petunt: uel aurũ potabile, aut auream aquam exoptant, quæ tamen ſi à doctis pijsq́ phyſicis fiant, tutò in uſum transferuntur. De balneo quod laſsitudinem & fatigationem ex itinere tollit, parũ hic dico, ne longior ſim, ſi omnia uelim cõplecti. Paucis enim uerbis monebo, ut cùm per horam do

mi

mi, uel in hoſpitio quieuerit, tunc balneet in tepida aqua quo ad delectat, & totum corpus leniter fricetur: deinde totum corpus, & præſertim iuncturæ, ungatur, hyeme oleis calidis ut rutaceo, uel anethino addito modico uini boni: æſtate roſaceo uel camæmalino: poſt dormiat in molli lecto bene tectus: excitatus rurſus fricet, & balneet ſi uelit: poſt iuxta cõſuetudinem edat, bibat, &c.

Aluum nimis fluentem facilè ſiſtentia, uel adſtrictam lenientia.

CAPVT VII.

PEculiare multis uiatoribus eſt, ut aluus ex labore adſtringatur: poſſunt igitur ſuppoſitoria parari uarijs modis: aut ex melle cocto cum ſale, aut cum uitello oui & ſale quantũ recipit in raro uel tenui panniculo ligato, uel cum radice betæ rubeæ, uel larido ſalito & fumato: aut ſapone,

uel inuersa ficu sicca. Quod si per os potius uelit aliquid accipere, potest decoctionis hordei paropsidē in qua saccharum rubrum seu crassius dissolutum sit, bibere ieiunus, uel ius carnis eius loco, uel intus maluam aut mercurialem incisam, parumper bulire, ac expresso iure, additoq; saccharo aut melle, bibere, ac deinde ambulare, ut citius descendat, ac aluum moueat. Sunt delicatiores qui crassa uuæ zibedæ uocatæ grana decem uel duodecim sine arillis edant, aut cochlear uuæ corinthiacę antea in albo uino lotæ ac tumefactæ, uel aliquot elixa pruna damascena, præcipue in melicrato decocta, uel in aqua saccharata, abundè molliunt, eò magis si melicratum subsorbeatur, & prandium aliquanto post inchoetur: aut horis tribus ante prandium dimidiam drachmam rhabarbari triti, cū liquore aliquo bibat uel masticādo transglutiat: uel ad horam ante cœnam glutiat, drachmam pilu-

pilularum communiũ seu pestilentia-
lium, aut tandem, si admodum exsic-
catæ sint in uentre inferiori feces, ca-
piat commune enema seu clystere, uel
olera in iure carnium aut cum aqua et
butyro & sale cocta edat initio uel an-
te cibum, ut betam, spinachium, atri-
plicem, blitum, mercurialem, brassi-
cam semicoctam, lupulũ. ad idem con
ferunt olerum iuscula multo & dulci
oliuo condita, uidelicet maluæ, betæ,
boraginis, buglossi, thymi, hyssopi,
foliorum lapathi, sambuci, ebuli, & si-
milium supradictorum: liquor lenti-
culæ: liquor fœnigræci cũ melle hau-
stus exturbat omnes prauos humo-
res in uijs intestinorum repertos uel
retentos. Radicula sola prima mensa
sumpta ex garo, aluum ducit: idem fa
cit ius cochlearum (quibus libenter I-
tali uescuntur) & concharũ, & ostreo-
rum. Serum lactis cum saccharo ru-
bro aut melle tribus ante prandium
horis sumptum.

Vrtica maior uel magna cocta in ceruiſia uſq; ad conſumptionẽ, & iterum in ſecunda ceruiſia cocta & pota, ſolutionem facit optimam. Abſcintium quocunque modo ſumptum mollit uentrem, & melius ſi fuerit coctum aqua pluuiali & ſub dio infrigidata, & pota. Efficaciter etiam emollitur aluus dura, ſi nudis pedibus ęſtate pauimento aqua aſperſo quis ambulauerit. Frequentius in prandio bibere, aluum liquidam reddit. Calida & humida in communi expultricem uim roborant.

Aluum ſiſtentia.

Si uerò aluus nimis cita ſit, & natura per duos uel tres dies facilè ferat, ne illico adſtringatur: ſi autẽ nimis ſymptomaticè, & aliqua uirium proſtratione, ſollicitet, ſtatim adhibeantur remedia. Sed ſi itineris initio corpus nõ purgatum fuiſſet, aut alioqui cacochimya laboraret, hęc uel ſimilis adhibẽda foret purgatio: Recipe corticũ mirobala-

robalanorum citrinorũ drach. duas, terantur ſubtiliter, & poſt rurſus cum ſemiuncia ſyrupi uiolati uel (ſi uentriculus imbecillior) cum melle roſ. col. cõmiſceantur benè, & cum aqua buglosſi & cichorij ana unc. una, miſce & bibe horis tribus ante prandiũ. Vel rhabarbari immaturi drach. una, uel minus ſumatur, & cum ſpicæ odoratæ granis quinque uel ſex ac totidẽ maſtiches, optimè trita exhibeantur cum aqua aliqua uel decocto conuenienti. Poſt utatur cibis adſtringentibus, ut oriza benè cocta, pulte ex auenæ farina aſſata, ouis in igne bene coctis: aquam chalibeatam bibat, niſi uires debiles uinum requirant, quod detur rubeum auſterum, uel ſubacerbũ: ſi materiæ inteſtina læderent ulcerando, fiat clyſtere lauatiuum cum libra aquę hordei, additis duobus ouorum uitellis, & uncia ſacchari rubei. Si fluere pergat, ſumatur decocti plantaginis uel poligoni lib. in quo diſſolue

ſepi hircini ſemiunciam, olei roſacei unciam, gummi arabici, tragacanti ana drach. unam, fiat enema tepidũ. Prodeſt in promptu habere ſaccharũ roſaceum uetus, nempe duorum uel trium annorum, ex eoq; ſemiunciam uel plus ſumere ante cibum per horas duas: poteſt coralli rubei puluis admiſceri, uel ſumatur uinum aut conſerua cotoneorũ. Inungat etiam uentrem oleis cotoneorũ maſtiches, myrthi ana, additis puluiſculis corallorũ rubeorum, maſtiches, balauſtiarum, & ſimilium, & poſt unctionem ſemper ſuperponatur pannus lineus triplex uel quadruplex calidus, & quieſcat. Pauperes habeant puluerem corticum ſuberis, quo utãtur initio cibi. facile & nulla impẽſa inuenient apud ſutores ſeu calcearios, qui crepidas faciunt. Aluo nimis fluenti ex debili uentriculi concoctione, medicamentum hoc mire prodeſt initio menſæ: oui recentis luteum induratum & tri-

tum

um in testa sua imponi debet, mellis puri cochleario addito cum mastiches farinæ scrupulo uno, omnia feruenti cinere surculo uersando cōmiscebis: id tribus diebus datur ieiunis, interea stomachus oleo mastichino illinitur. Nuclei acinorum acidi punici siccati seu tosti & tusi, ac obsonijs insparsi incoctiue, fluentē aluum stomachumq; cohibent. madescunt aqua cœlesti bibunturq; salubriter sanguinem reijcientibus aut mingentibus.

Capitis dolorem ex uarijs causis tollentia, uel ab eo præseruantia.

CAPVT VIII.

NOn rarum est uiatoribus, caput dolere, ex magno exercitio, eleuatis uaporibus internis, aut ex multo potu, uel à sole attrahente, aut à uaporosis cibarijs: si igitur pharmacopolij sit cōmoditas, Recipe syrupi de papauere unc. unam, oxisaccharæ

unc. dimid. decocti seminum maiorũ unc. duas, misce, fiat haustus, sume horis tribus post cœnam, & mane surges liber. Sed si caput præcipue incaluerit ex sole uel labore. Recipe aquæ rosarum unc. unam & dimid. olei uiolacei, rosacei ana drach. unam & dimid. aceti rosati drach. duas, albumen oui recentis, caphuræ grana 2. contunde simul omnia, & intinge linteolum uel institam, & superpone fronti & temporibus: uel tere in mortario semen papaueris albi, & cum rosacea confice in lactis formam, & fronti ac tẽporibus superliga quandocunque.

Inquit Alexander benedictus, in Græcia insolatas fœminas ac mares, leuari dolore infinities uidimus, aqua frigida sincipiti inuerso poculo.

Dolori capitis ex ebrietate, folia brassicæ grandia, lenia, in aqua frigida infusa, imposita, & fascia adalligata, mire aduersantur.

Dolori capitis ab acuto humore in

ore

ore ſtomachi, ut bilioſis cõtingit: uentriculum in primis neceſſe eſt aquę tepentis potu ad uomitiones irritare. Nam qui digito aut penna uomitus ſollicitãt, improbantur: deinde cibus offerendus eſt boni ſucci, qui ſtomachum adiuuet. fames & abſtinentia eo in caſu damnatur.

In cauſa mixta uel frigida, pulegiũ coctum in aceto & cataplaſmatũ, capitis dolorem ſoluit. Abſcintij ſtillatitia aqua temporibus illita, dolorẽ capitis à frigore ortum mitigat. Capitis dolorem uehemẽter calidum ſedans: ſucci pſyllij aut ipſum pſilium terito cum roſaceo ſufficienti, & reduc ad aliquã craſsitudinem, & inunge tempora & frontẽ. Capitis dolorem confeſtim ſedans, hederam contunde immaturam, et ubi probe cõtuderis, per linteum exprime ſuccum, eoq́ irriga to nares & frontem cum roſaceo tepido.

Caput dolentibus ſomnum indu-

cens, utile: Recipe opij scrup. unũ tritum irrigato cũ lacte muliebri, & imbue ex eo tomẽtum: appone ano temporibusq́ ægrotantis, & dormiet. hoc in colicis etiam admodum laudatur.

Ad capitis dolorem ex aëris intemperie, seu uento frigido, ualent fumigia ex herbis calidis in uino rubeo bullitis, in uase sic operto, ut fumus non amittatur, sed per nares & os sumatur.

Antiquo capitis dolori maximè ualet sectio uenæ in fronte: uel eius quæ est inter pollicem & indicem manus. Sed qui plura optat, cõsulat medicos scribentes, aut bene medentes.

Sanguinis narium fluxum sistentia, uel urinam sanguineam, eiusq; ardorem sedantia.

CAPVT IX.

EX constanti & forti exercitio, accedentibus etiam calidis et acutis ciba-

cibarijs, sępe fit ardor urinæ dum mingere opus est: interdū etiam sanguis mingitur. Victus igitur regimen in primis tale sit, ut humores non incendat, aut bilē generet, uel falsum phlegma: uitare oportet salsa cibaria, uel aromatibus referta, uel insperſa. cæpas, allium, raphanumq́ uitet. Lacte capræ potissimum statim mulcto, & sacchari puluere indito ieiunus ad horas plus minus tres ante prandium bibat. Vtatur eius loco lacte amigdalarum, edat uitulinos pedes, oua recentia sorbilia, lacte utatur etiam uaccino cum saccharo cando, hordeo, benè cocto, & prius à cortice mundato uel fracto, iure gallinarum pinguium, farina orizæ cum iure carnium cocta, pulte ex amido, spinachijs iure abiecto, uel boragine, ac lactucis, bibat lac amigdalarum, uel decoctum glycirrhyzę, uel ea uinum haud uetus diluat: cui rei etiam aqua plantaginis minoris conuenit: non in dorsum dor-

miat, & rarò etiam ſuper dextrum latus. Caueat ab ira, à muliere, et ab exercitio quantum poſsibile eſt. Si dolor & ardor perſeueret ac urgeat, bibat, ſingulis duabus horis, præſertim ante cibum mane ac ueſperi ex ſequenti lacte: Recipe amigdalarum dulciũ unc. quatuor, ſeminis papaueris albi unc. duas, ſuperfunde his aquam calidã, non tamen bulientem, tege per horas quinq; : poſtea excortica amygdalas, & his atque ſemine tritis, miſce uel diſſolue cũ cremore hordei in quo gummi dragacãti drachma, & ſcrup. unus gummi Arabici puri ebulierint.

Conferunt & ſemina melonum ſaccharata, initio cibi ſumpta. Vngãtur & renes tali uel ſimili unguento. Recipe olei amygdalarum dulcium, uiolacei ana unc. dimid. aceti roſati drac. duas, ceræ albæ q. ſ. fiat unguentũ, uel eius loco, unguento albo Galeni, &c.

Ardori urinæ ac renum lapidi opitulatur aqua corticum uel ſiliquarum

faba-

ſabarum. Aqua etiam ex althea optima eſt urinę ardori. Item aqua caudæ equinę ſeu equiſeti. Decoctum parietariæ: & infinita quæ breuitatis cauſa omitto.

Sanguineæ urinę inter cætera prodeſt panis lacte, detracto butiro, madens. Obſonia uino mali punici condita. Vinum nigrum acerbū dari poteſt, non autem potens. Nocet, ut antea dixi, ſalſugo & acrimonia. Vbi uerò ſanguis iudicialiter à natura propellitur, remedia non adeò neceſſaria ſunt, niſi uirium defectū cognoueris.

Narium ſanguinem ſiſtentia.

Calor, tum etiam motus illum excitās, potiſsimumq́ in ſole peregrinantibus, ſolet narium ſanguinem elicere: qui ſi diutius perſeueret, hepar depauperando, debilitat: & inde alia mala ſequūtur medicis nota. Si ergo ſanguis uel à ſole, uel à cibarijs calidis & acutis ſubtilatus & acer factus ſit, ca-

ueat subinde ab aromatis, & ab his cō ditis cibarijs alijsq́, ut paulo superius dictum est. Vtatur oleribus frigidis, portulaca, spinachijs, lactucis, endiuia. omittat uinum, odoret canphoram, uel acetum rosaceum cum aqua rosacea mixtum; uel uiolas: fiat tale restrictiuum emplastrum: Recipe boli armeni, & puluerem ex molendino, & cum aceto rosaceo & oui albumine, fiat emplastrum superponendum fronti & temporibus. Quod si non satis fit, madefac pannū lineum in aceto aqua recenti æqualiter mixto, quo collum circunda. Confert & cucurbitulam sine scarificatione affigere sub hypocundrio è regione foraminis à quo fluit sanguis, ut si à dextro, super hepar: si à sinistro, super lien. Si nec hoc modo sistitur, tum uenam cubiti internam ab eodem latere seca, & circiter unciā sanguinis fluere sinas, uel pulueres constrictiui naribus insufflantur: ut ciceris usti, uel papyri combustæ,

bustæ, neq; emungãtur nares, aut scal
pantur. testas ouorum è quibus nati
sunt pulli cõbure in puluerem, insuf-
flaq́; in nares; constricto eiusdem par-
tis digito, persæpe sistitur. alij Iaspidẽ
apponunt, uel secum nuda super car-
ne deferunt. peruinca herba seu cle-
matis prima in ore retenta, sistit. aut
bursa pastoris in manu ab eadem par
te retenta, ut intus caleat herba in pal
ma manus, & in ore. alij folium quer-
cinum super linguam ponunt. Sed
quid opus est remediorũ catalogum
texere? nimis sunt ista.

Febris ephemera ex itinere, uel aliarum initia, ut tollenda, uitandaq́;

CAPVT X.

NOn solum peregrinus aër & ma
lus, exteraq́; regio, sed in primis
inordinatus motus & exercitiũ
super cibum, obstructiones, & proin-
de putredinẽ, ac febrim causat: at fre-
quentior ephemera est ob motum,

& laborem, atque dolorem. Aër igitur loci, uel cubiculi saltem, refrigeretur, cum rosis, uitium folijs & palmitibus, uel aquæ cum aceto irroratione. Comedat ptisanam hordeaceam, uel etiam auenæ pulticulam cum tantillo aceti, herbas refrigerantes, ut spinachia, boraginem, lactucam, endiuiam, acetosam. Bibat loco uini aquã hordei, uel uinum granatorum, uel cum eo aquam recentem misceat, aut cum ea iulep uiolaceum: uel si absit capitis dolor, & uires labantur, utatur uino diluto uel oligophoro. Quiescat in primis, & parum loquatur, ne interdiu dormiat, nisi nocte nimium uigilarit. Caueat ab ira & tristitia, uel nimijs cogitationibus & curis. inter lectum (si plumeus erit) & linteamen sit culcitra linea uel coriacea. Si uenter non fluat, leniatur, uel aliquo ex supradictis in capite septimo, uel hoc lenitiuo: Recipe cassiæ recenter extractę unc. unam, cum saccharo fiat bolus,

lus, ſumat mane ad horam uel duas ante cibum. Sequenti mane ſi febris perſeueret, nec uires aut ætas prohibeat, aperiatur dextra uena in brachio, nempe hepatica, & ſanguis ſufficienter educatur, pro ratione tamen eius malitiæ uel bonitatis, & uirium, &c. Si uerò nondum humorum & ſanguinis craſsities & obſtructio remota ſint, utatur aliquot matutinis ſeſquiuncia ſyrupi acetati ſimp. & endiuiæ cum duplo aquarum cichorij & boraginis: demum detur drach. una boni rhabarbari, uel circiter per noctem, in aqua endiuiæ ſecundum artem infuſi uel diluti, cum granis tribus uel quatuor ſpicę, et inde fortiter expreſsi: cui in dilutione ſemuncia uini albi clari addi poſſet. Symptomata quæ febrim comitantur, alibi in hiſce capitibus ut plurimum reperies. Tertianæ & quartanæ febribus reſiſtit aqua ſtillatitia plantaginis: cyatho eius ante febris inuaſionē ſumpto, & multa alia interna

corporis uitia ſanat, & mēſes cohibet. eadem pręſtat ſuccus eius aliquot diebus potus. Vt quis ferè non patiatur ab ulla febre. Recipe ſuccum fumarię depuratum, in quo paſſulæ diebus tribus uel quatuor macerentur, & ex alembico uitreo ſtillatitium liquorem cum aqua lactis præbeto. Bibere urinam propriam curat febres phlegmaticas. Tres quatuórue ſanguinis aſinini guttæ in uino ſumptæ febrim pellunt quotidianam.

A uenenis præſeruantia, uel curantia, deq; cibis malis noſcendis, &c.

CAPVT XI.

MAgnatibus pręcipuè interdum accidit, ut in itinere ab inimicis & prauis æmulis uenenum uarijs modis apponatur: neq; ſemper fidos prægustatores aut coquos habeant: qui ſi præcauēdi modos ac curandi artem integram uolūt, non deerūt

illis

illis diligẽtiſsimi Matthioli commen-
taria in ſextum librum Dioſcoridis,
tum libellus Petri Aponi, & Cardina
lis à Ponceto, aliorumq́ꝫ pluriũ. Mi-
hi ſatis eſt facilia & pręcipua quędam
paucis ſcribere, mediocribus & incau
tis uiris: aliàs plura & non communia
ſcripturo tum hac de re, tum etiam de
alijs, ſi ad paucos annos Dominus
Deus aliquãdo Mecœnatem dederit.
Conſultũ igitur in primis eſt, ut cùm
uiator in aliena menſa uel regione pa
rum amica ſuſpicatur ſe ueneno peti,
ut in cibo & potu nõ uelox ſit, ſed cau
tê guſtet, num extraneum aliquem ſa
porem uel odorem ſentiat: nec ſe à fa-
me uel ſiti uinci ſinat: & ea uitet quæ
ſuſpecta habueris: & omiſsis compo-
ſitis cibarijs, utatur ſimplicibus, &
communibus, uel ab alijs antea præ-
guſtatis. Sunt multa quæ certò præ-
ſeruent à uenenis ferè omnibus, & in
primis illud Auicennæ ac Mitridatis
regis: foliorum rutæ unciam, nuclei

nucis purgati, & ficuum siccarum seu caricarum ana unc. dimid. salis drach. unam, terantur omnia simul, & utere ante cibum. Alij theriaca diatesseron drachma una uel altera utuntur, quæ facilè paratur & habetur, ualetq́; in preseruatione & curatione, presertim in morsu uenenatorum: ualet angelicæ radix, cardus benedictus, scordeon & multa alia: quorum mentionem fecimus in libello nostro de præseruatione à peste. Si quis uerò iam uenenũ hauserit, erunt signa uaria: tumescunt enim uenæ ac facies, fitq́; rubea, sudat, ardet, sitit, & angustiatur, difficulter anhelat, fœtetq́; anhelitus, oculi ad flauedinem inclinant, irascitur. Si uenenum frigidæ sit naturæ, uertiginem & tremorẽ incurrit, uisum amittit, tremunt labia, & fortiter dormit, aut dormiturit. Signa ueneni assumpti descripta à Cardano sunt, mœror, uigilia, malus color faciei & linguæ: & in assumptione semper sentitur

nausea,

nausea, qualecunque uenenum sit, & liuor unguium tandem superuenit: sapor etiam in ore præter naturam sentitur. Cùm igitur uenenum assumptũ est, sine mora uirus foras exhauriatur, priusquam inualescat. Vomitio protinus concitetur hydreleo tepente, aut butyro, aut adipe anserino ex aqua calente, aut maluæ, aut seminis lini, fœnigræci, aut urticæ decocto. Quæ singula, præsertim oleum, non modo ui relaxante uomitiones uoment, sed & perniciei uim acrimoniamq; obtundũt. Quinetiam reliquiæ intestinis inhærescentes, clystere acri deducendæ, in quo hieræ tum simplicis tum compositæ, & mellis & nitri magna uis insit. Aspergatur facies aqua rosacea, detur drachma bonæ ac fermẽtatæ theriacę. Si uomitiuo sumpto non uomeret, intinge summitatẽ pennæ in oleo, & gutturi impone: nec satis sit semel uomuisse, aut semel theriacam uel aliud remedium aut antidoton

doton sumpsisse, ligetur etiam theria-
ca super umbilico. Nonnulli factis su-
pra & infra purgationibus, cępe in ci-
neribus assatum ligant sub pedibus,
ut uenenum magis ad infernas partes
trahatur: & sexta quaque hora theria-
cam aliquam exhibent.

Tormētillę radicis puluis sumptus,
omne uenenum intus & extra pellit.

Puluis mirabilis cōtra toxicum et
omne uenenum, ita ut qui isto utatur,
nō moriatur ex ueneno: nō solum au-
tem præseruat, sed si quis etiā uenenū
iam sumpserit, capiat ex puluere cum
uino calido, et curabitur. Recipe pim
pinellæ uulgaris radicis tormentillæ,
cinnamomi electi ana unc. dimid. ma
ceris drach. unam ligni aloës, grano-
rum iuniperi, zinziberis ana drach.
unam, radicis angelicæ drach. dim. fi-
at ex omnibus puluis subtilissimus.
dosis plus minus drach. una iuxta su-
mentium uires et necessitatem.

Asserunt aliqui, si Iacinthus lapis
collo

collo aut digito positus sit, securum à uenenis et hostibus facere. Ita uirga mirti.

Pedes iter agentium, uel aliorum ut curentur, aliaq; eorum accidentia.

CAPVT XII.

EX duris aut arctis calceis uel ocreis pedes interdum læduntur, ita ut etiam iter remorentur: remedium pręstò erit, si agni uel ouis calidum, ut ab animali trahitur pulmonem superliges: aut saltem aqua ex illo expressa illinias. Si ulcus adsit, insperge cinerē ex calceis ueteribus aut soleis: alij gallinę stercus superponūt. Si uerò ex uiæ asperitate scissuræ uel ragades fiant, hoc sequenti unguento utere: Recipe litargyrij argentei, mirrhę, zinziberis ana, in puluerem redigantur, & cum cera uirginea, melle & oleo q. s. fiat unguentum.

Dolori pedum ex uia, inunge succum cæparum.

Tumori pedum: Recipe succū sam

buci & axungiam, misce & unge, citò sanat.

Dolori et inflationi pedum: cicutā coctam in uino albo, quo laua.

Ad idem: seuum arietis misce cum oleo, et unge, sanabitur.

Vt in eundo non labores: rutam pistatam, uel eius succum misce cum oleo, et pedes unge. Pix rimis pedũ ac sedis utiliter illinitur.

In aqua coctum gallium herba et flores, lassitudinem pedum et membrorum adiuuat. nonnulli cum alba cera contra hoc ipsum membris illinunt.

Cùm pedes ac crura dolent propter iter: buliat cinis cum aqua, et cum hac laua quantũ calidius ferre potes: adde camæmalō si magis roborare uis, etc.

Iter agentes pedes si secum artimisiam in calceis, aut manu deferant, minus lassantur ex itinere: et herba ipsa tusa cum axungia et applicata, dolorem pedũ tollit ex itineris fatigatione.

Plan-

Plantago trita cum aceto, pedũ tu-morem cum dolore à fatigatione fa-ctum tollit.

Ad plantarum rimas, quæ gradien-tes infestant, Recipe cerusæ drach. ij. spumæ argenti drach. x. myrhę drach. 1. ouorum candida duo, uino odorato paulatim instillato terito, ac utitor.

Aliud Aetio ualde probatũ ad om-nes pedum ac manuum exulceratio-nes, & ad calcaneorum intertrigines ex calceamentorum attritu obortas, & ad attritus ex lõgo decubitu factos: capit mellis, ceræ, olei, spumæ argen-ti ana drach. i. misce.

Ad clauos, illis prius undique pur-gatis inducitur medicamentum septi-cum, inquit Paulus: Sed præstat citra molestiam eos auferre & abigere. Ve-lut inter alia, mastiche nigra in aceto cocta, calida adhibita: uel lomentum fabaceum cum aceto coctum.

Calli itẽ sanantur ammoniaco im-posito intra quatuor dies. idem præ-

ſtare creditur anguillæ cutis impoſi-ta, aut aizoi folium. Sed certius hoc ſequens:

Cæparum ſuccus exiccatus, & cum thure & adipe gallinæ mixtus, delet callos ex itinere factos.

Veteramentorũ ſeu ſolearum antiquarum ſotularum ſeu calceorum cinis, uino uel axungia uel alia re conuenienti mixtus, curat abſceſſum uel tumorem ex calceorum adſtrictione factum.

Dracũculi maioris ſeu ſerpentariæ elixatura pernionibus ſeu (Italicè) mugis, quæ in calce pedis fiunt, optimum fertur eſſe remedium. idem de ſpinarum rubi cinere fertur. eas etiam curat, etiamſi tumor adſit, cotylidon ſeu cymbalaria applicata.

Sciſſuras item pedum ac manuum â frigore factas curat unguentum ex olibano adipe porci & anſeris. item cinis cancrorum flumatilium: & cinis ungulæ aſini cum axungia porci, uel anſe-

anseris: imò etiam abscessus apertos il-le cinis curat.

Scissuris manuum præterea & pe-dum ac labiorum post epithimationẽ cum aqua calida, confert (imò eas cu-rat) sequens unguentum: Recipe ce-ræ citrinæ, œsippi humidæ, adipis a-natis ana unc. unam, olei rosacei unc. duas, amyli, tragacanti, mucaginis se-minum cotoneorum ana unc. dimid. fiat unguentũ, quo ungatur ut supra.

Eques hyeme iter agens antequam uiæ se exponat, fricet saltẽ pedes mul-tum, deinde cum oleo conuenienti, ut de stichade, uel de euforbio, aut de ca-mæmalo, uel alio rursus fricẽtur un-gẽdo, ut caliditas ad actũ deducta me-lius conseruetur: facta fricatione, im-mediatè pannis lineis, aut canapinis, uel bombicinis mollibus inuoluan-tur, deinde lana succida supponatur plantæ pedis, postea calcietur sotula-ribus, uel ocreis largis, in quibus pe-des & pedum digiti moueri posint.

Et cùm congelari inceperint, fiat iterum fricatio & unctio. Nec uanũ est quod submergere extremitates in aqua frigida confert in tali membrorũ stupore, ut uidemus in pomis congelatis: si enim ponantur in aqua frigida redeunt ad suam naturam: si uerò prope ignem, minimè. Causa uerò est, corroboratio contrarij per antiperistasin, quo confortato, membrũ totum in circumferentia plus calefit, præsertim quia caliditati recipiendæ aptius sit factum ex aquæ remollitione & humiditate.

Experimentum in lassitudine ac tumore tibiarum: Recipe melissę, foliorum lauri, camomillæ ana man. unc. rosarũ siccarum man. tres. fiat omniũ decoctio in uino uel aqua iuxta tempus & personam, & lauentur tibiæ.

Hyeme

Hyeme iter agentium præseruatio uel curatio à cæcitate ob niues.

CAPVT XIII.

COntingitInterdum per longas niues uiatoribus incedendum eſſe, qui ſi incautè continuò niues inſpiciant, cùm albedinis ſit diſgregare ſpiritus uiſiuos, diſsipantur oculorũ operationes & potentiæ, ut de Xenophontis militibus refert Gal. x. lib. de uſu partiũ cap. iij. Induant igitur per contrarium nigras ueſtes, aut nigrũ aliquid ſaltem præ oculis portent, in quod oculos figant, ut ſpirituum fiat congregatio & unio. Aliqui præungunt oculos felle picæ auis, quod mirè oculos ſeruat à niue. Cùm uerò non hanc ſolum noxam oculi patiantur, ſed etiam præ compoſitionis nobilitate & mollitie à frigore nimio & continuo patiantur, prouidendum erit de uitreis aut chryſtallinis conſpicilijs, oculis ſuperligandis, ut iamdiu ſit ab

his qui rem norunt: & talia cõspicilla paruo ab institoribus uenduntur: & utrique oculorum nocumento conferre possunt: imò etiã in maximo calore, sicq; puluis copiosus in uijs sit, qui non parum oculos lędit, & interdum excęcat, ut experti norunt. Proderit etiã in hyeme ac niuibus ambulaturis uel equitaturis (nam de omnibus par ratio) ne ieiuni domo exeant, sed libum aut quid aliud conueniens edant, & ex potenti uino pauxillum bibant, ut magis frigori & cõgelationi resistant. Confert & calida odoramenta habere, ut pomum ambræ, uel ex ladano aromatis & moscho: ut cerebrum calefiat & confortentur spiritus. Pauperes pulegium uel mentam secum ferent, aut simile aliud odoratum. Insuper caput & collũ ac aures, & omnia denique benè tegere laneis mollibus pannis aut pellibus ne negligant. Nec ab re erit singulo uesperi pedes & manus aqua benè salita lauare,

quo

quo magis cõtra frigus durentur: sed hoc ad caput pertinet sequens. Tabescere oculos certum est ex caliditate nimia aut frigore. Si igitur niue malum obortum est, linteolo atro excalefacto crebro fouendus est oculus: aut ex decocto paleæ tritici lana succida infusa tutò medebitur: aut lapide candefacto uinoq́ extincto, ut subinde oculus uapore suffumigetur.

Præseruatio uel curatio à congelatione & alijs ex frigore morbis.

CAPVT XIIII.

SI eques congelatus sit, non statim in calidum locum ducatur, natura enim repẽtinas mutationes nõ fert, sed in temperato loco moueatur & paulatim calefiat. Si autem ex frigore induratus etiã sit, exerceat se ut potest, & fricentur membra cũ oleo liliaceo calido, aut anethino, uel camęmalino, & in lecto locetur & bene te

gatur, et somnũ dormiat: postea cũ poteti uino detur parum succi cyrenaici seu assæ fœtidæ, uel potius dulcis, seu benzoini, in puluere: uel piper aut myrrha: & post horã cibetur cũ aqua carnis, de qua superius capite sexto: uel similibus cibis roborantibus. Custoditur à frigore, si mane nuces cum alleo contusas in iure carnium comedat aut bibat. Aliàs potest uiator secũ aliquam calidam confectionem ferre, qua mane ante exitum utatur, ut conditum ex raphano, nuces cõditas, zingiber cõditum, uel calamum aromaticum cõditum, & similia. Si aliquod membrum sit congelatum, primo ponatur in aqua frigida, uel statim à fonte uel puteo hausta, & ibi aliquandiu sistatur, ut remollescat: postea fricet cum aqua uel succo raparum assatarum, uel oleo aliquo calido, aut eas in modum emplastri superliget. Si uerò membrum uel pars iam nigra esset & mortua, abscindenda est, ne alias partes

tes inficiat: & tunc periti tonsoris aut chirurgi opera requiritur. Sed pręstat docere quæ pręseruent. Ne igitur à frigore in manibus uel pedibus patiaris, dicunt aliqui ungendas esse manus oleo & lacte: puto id fieri (nam expertus nō sum) quod poros obstruāt, nec frigus intret. Aliud: succum urticæ misce cum butyro, et unge ubi uis. Vnge (id omnibus certius) manus & pedes cum uulpis pinguedine, & non senties frigus. Aqua stillatitia ex putrefactis rapis, damnis pedum ex frigore contractis, calida sępius cum linteolo applicata prodest. Qui frigore pereunt, mortis initium à genitalibus suscipiunt: unde iuuat ea fouere uel bono uino calido uel utcunqȝ. Paulus Aegineta sic inquit: Algore plus æquo intenso affecti, locis calidioribus, unctulo uel cyprino, uel irino delibuti, decumbant: deinde calore nonnihil restituto, piperis quiddam, aut myrrhæ cū uino dulci odoris optimi, an

noso, uel succum cyrenaicum è mero, siue aceto, uel pyrethrum, uel castorium ex aceto deuorēt. Alimentum autem calorifica ui præditum & moderatum offerendū est. hactenus ille ex Oribasio. Vngantur extremitates oleo de euphorbio calido, fricatis prius fortiter illis: uel cum oleo de pyretro, aut de piperibus: uel simili composito additis pulueribus & cera q. s. Confert tenere in ore tria uel quatuor grana piperis, uel caryophyllorum, uel cinnamomum, uel simile aliquid: & uti aromatibus, sinapi, allio & nucibus: et sumere cibum, non multum tamen, ante quam se itineri dedat, uacuitas enim obest. Siler montanum seu seseleos semen cum bono uino bibitum, præseruat à frigore, etiam tussim pellet. Transiturus per loca frigida, non careat oleis calidis, ad ungendū collum & nucham: nec cooperimentis illorum, nec odoramentis calidis. Vngat pedes & manus & extrema aliis

lijs tritis cõtra frigus, uel galbano, uel kitrã soluto in uino albo, claudat os & nares, & teneat in ore quod dictum est supra. Si quis habet cõgelationem alicuius partis oportet statim & multum calefieri. Tria uerò mala potissimum contingunt extremitatibus tempore frigido, insensibilitas quædam, tunc tempera membrum aqua decoctionis lilij, aut caulium, aut florũ camomillæ, & embroca postea uinum decoctionis eorum. Aut contingit liuiditas seu obfuscatio, tunc scarificentur benè in aqua calida, ne sanguis coaguletur in poris uulnerũ: & cùm fluxus per se quieuerit, epithimacum bolo armeno & aceto aut huiusmodi. Aut uenit ad nigredinẽ seu uiriditatem, & est putredinis signum, quam amoue, ut supra dictum est, ne sanum corrumpat.

Præ-

Præcautio ab ebrietate in itinere, ac lapsi curatione.

CAPVT XV.

NEmo ferè neſcit quantum ebrietas corpori, animæ, ac ſpiritui, noceat: & tamen tam facile huius uoluptatis hamo capiuntur homines, præſertim qui ad Septentrionem uergunt, ut cum nullius utilitate ac ipſorum damno, nedum ſponte affatim bibant, ſed in gratiam uanam ſociorum, neſcio quorum, ſuperfluè atque ad ebrietatem uſq; bibant, & rebibant. Sed quia de ebrietatis incommodis multi ſcripſerunt, & nos etiam aliquid diximus in libro noſtro de uino, capite tertio, hic non eſt quod multa repetam: uide ſaltem Eccleſiaſtici xxxij. Satis eſt in ſumma hoc, inebriari eſſe facultates, & uſus ſenſuũ amittere, exire de poteſtate rationis, iudicij, mentis, planè ex homine fieri pecus, uel ſaxum. Conceditur quidem hila-

hilaritas his qui indigent ea: sed cùm lubricus sit gradus ab hilaritate ad ebrietatē, imò hilaritas sit ianua ebrietatis, cauendum est ne dum uelimus esse hilares ex uino (cùm satis sit ex bona cōscientia, & puro corde hilaritas) ex intemperantia fiamus deteriores quàm belluæ, quæ hac in re modestiores sunt. His tamen qui facilè nec data opera inebriantur, remedia præseruantia non denegemus. Pulmones igitur ouinos qui antea ederit, non facilè à uino tentabitur. Sunt qui elixos, sunt qui assatos magis probent: qui si etiam crudi uorarentur, idem præstarent. Idem præstat, iam cognita antipathia, succus cauliū præsumptus. imò caules etiam post potum quamtumcunq; comesi, prohibent uini uapores ascendere ad caput. Aristoteles commendat oliuarum oleum præbibere, quod per urinam pellat cito uinū, & uapores ascendere prohibeat: id quod & post ebrietatem si

detur prohibebit, uel saltem uomitū concitabit. Columella laudat absinthium præsumpsisse ante certamen pocułare. alij septem amigdalas amaras conferunt, & dulcia in fine seu post potum, quod uaporēt minimè. Commendatur Auicennæ syrupus ex succo alborum caulium, succo granatorum ana unc. duab. aceti unc. una buliant, & fiat syrupus, ex quo uncia ieiuno sumatur. Plura docuimus prædicto lib. de uino capite quinto, quæ uiatori non ita præstò sunt. Si quis uerò iam ebrietatem incurrerit, remedium est ut plenitudinem sequatur euacuatio, presertim per uomitum, sumpto pauco oleo in aqua tepida: aut sumatur decoctum raphani addita uncia oximelitis. Post dormiat diu, uel sponte, uel remedijs supra cap. quinto dictis. Cibus postea paucus sit, & ex lente, uel lactucis, aut caulibus nō plenè coctis: uel gelatina ex pedibus porci, uel ut poterit. Ante somnum inuol

uantur

uantur testes linteolo in aceto calido madefacto, mammæ uerò in muliere. Amethystus lapis ex albo puniceus, superligatus nudo uentriculo, fertur ebrietati, ne fiat, resistere. Capitis dolor inde sequutus oleo curatur camemalino calido: & ut capite octauo dictum est.

Pediculi à corpore uel uestimentis ut tollendi, & defensio à pulicibus, &c.

CAPVT XVI.

NOn infrequens est uiatoribus in longiori itinere, ac præsertim pauperibus, ut à pediculis infestentur: qui uel ex subcutaneo putridoq; uapore fiunt, & excrementi ultimi corruptione, uel indusij & uestimẽtorum immundicie, cùm mutari ac lauari nõ datur: id quod uerecundiã & neglectum in hospitijs parit. nonnunquam etiã ex alijs serpunt, & tædiũ ac dedecus adferũt. Habetur in officinis



pharmacopœorũ, ſaltem Germaniæ ſemper uili precio unguentum, ut ſæpius uidi ruſticos ementes, quod eos interficit & pellit. Sed & iſto uel alio tolli poſſunt: Recipe ſtaphis agriæ unc. unam, ſalis nitri, ſandaracæ ana unc. dimid. terantur ſingula, & cum unc. duabus aceti ſcyllitici, & oleo laurino, uel (ne fœteat) camęmalino q. s. fiat linimentum, quo ungatur ubi & quando oportet. Vel hoc fortius fiat. Recipe ſtaphiſagriæ, hellebori albi, ſalis petræ uel nitri q. s. buliant in oleo, & illine. Item argentum uiuum extinctum cum oleo roſaceo. Vel auripigmentum aut lithargirium in ueteri oleo bulitum cum tantillo aceti. Serapio ſequens unguentũ in primis laudat: Recipe aluminis iameni, ſtaphis agriæ ana unc. unam, aloës, ſalis, ana unc. dimid. terantur & conficiantur cum aceto ſcyllitico. Confert & lauare induſia cum aqua ſalita uel marina, uel in aqua bulierint lauri baccæ

tritæ.

trite,uel tamariſcus,uel alumen,& ita extracta ab ea aqua ut ſiccentur permittere. Inſpergũtur & commode inter induſia iam lota & ſicca flores lauendulæ. Vuarignana docet ut alliũ ſylueſtre,uel potius ſcordium in aqua buliat,quæ pota, pediculos à toto corpore pellit,eos abigit illitu allium ſylueſtre,Ruel.

Pediculos item & lendes perimit, ſi partes inungantur cedria, uel hederę lachryma: Dioſcor.hydrargyrium alligatum,Valeſcus. Nuclei Staphis agriæ triti phtiriaſi caput,& totũ corpus liberant,Plin.

Pulices arcet pſyllium ſiue coniza, Dioſc.Lupi pellis ſubſtrata. Cimices interimũt folia filicis appoſita, Ruel. Scolopẽdria ſuffitu,Hermolaus. Vnguentum Clementini lectulo illitum. Si rutæ uirenti ramo aquam per domum ſparſeris, nulli cimices accedẽt: aut ſi qui fuerint abigentur, Merula.

Culices galbano acceſo fugantur,

suffitu cupressi, melanthij, malicorij, lupinorum, Plin. Si quis canabis humidæ ramulos penes se dormiturus apposuerit, à culicibus non tangetur, imò nec à cimicibus. Merula.

Muscas necat Lysimachia, Diosc. decoctum foliorum ebuli, Ruel. arcet suffitus ex ungula sinistra muli. Alb. Asa fœtida in annulo gestata eas à manibus fugat.

Scorpionibus aduersatur polemoniæ radix, uel tantum alligata, Ruel. Vt scorpius non accedat ad iacentes, auellanam lectulorum pedibus alliga, Plutarch. Serpentes nõ recipiunt filicis folia. Ideò substerni suspectis locis utile est. Ab his nõ percutitur, qui præsumpserit allium, uel qui habent anchusam alterã, aut echium: Ruel. Vel qui medulla cerui illinuntur, Diosc. Litrium comestum donec concoctum fuerit, hominem à serpentibus seruat immunem.

Apes non pungunt perunctũ aspa

rago

rago cum oleo. nec maluam secum habentem: uel potius eius succo illitum, Macer. idem præstat & contra uespas syluestris maluę succus, si pungantur partes, Ruel.

Si uerò in superciliis aut in barba, uel alibi molestent quidam lati pediculi, quas piatolas uocant Itali, Germani filzleüß / buliat ouum ut durũ sit, & inde albumen exime, & superpone loco ubi hærent pediculi tales, & à cute exibunt, facileq́ colligentur. Vel mollem linteolum lineum pone inter cutim & albumen oui, & intrabunt linteolum, ut docet Arnaldus libro primo sui breu. cap. decimonono. Vel expediens erit, ut pediculorũ locus fricetur eo instrumento, quo aurifabri utuntur ad extergendum inaurandas, uel inauratas res: Gossipium seu bombax intinctus in terebinthina in sinu portatus, necat eos. Pediculos capitis conficit & demolitur lupinorum decoctio, caput frequenter lauan

do. Contra lendes ualet nitrum cum axungia ueteri & aceto. Pulices prohibet aqua uel decoctum rutæ. Virgulam sambuci decortica, & inunge cũ hirci pinguedine, & pone in cubiculo ubi uis, & adhærebunt uirgulæ. Vel gossipium candidum per lectũ sparge. Pediculos palpebrarum & ciliorũ curãt cum melle aut uino sandaraca, & uua taminia iunctæ. Cimicibus obstabis, lectulo subducto, ut lectus pauimento incumbat, pulicibus ut sit pensilis. Muscas, culices, cimices, pulices, pediculos, ranas, serpẽtes, aqua, igne, cinere, mundicieq; pelle.

Facies & reliqua ut à solis ustione seruanda, & à uentis & nocumentis calidi aëris cauendum.

CAPVT XVII.

QVi raræ sunt texturæ, ac tenerioris cutis, obnoxij magis sunt aëris nocumentis; ne ergo sol noceat,

noceat, docet Aëtius tale remedium: ut in uase æneo cum sesquimensura seu libris quinque aquæ buliat libra lupinorum, qui prius tamen per triduũ in eadem aqua iacuerint & remolliti sint, & cum bene cocti erunt, fortiter exprimantur, & decoctum illud rursus buliat ferè ad spissitudinem, & in uitro seruetur ad necessitatem cùm sol ardet, ut facies aut collum eo inungatur. Ad idem facit omphacinum oleum, in quo portiuncula mastiches liquata sit. medulla ceruina aliqui utuntur. Smegma ad eos qui sunt usti à sole: probatum ex myrepso. Similaginis succum sine ut subsidat, affundeq́ illi aquam, & accipe subsidentiæ unc. quatuor, cõmisce cum oui albo quantum satis esse uidebitur, & reduc ad mellis crassitudinẽ, illine uesperi: mane autem absterge aqua tepida. Ephelis est aspredo & nigricies in facie ex solis ardore prognata: hanc abigit lotio ex aqua albuminum ouorum stil-

latitia. Aqua florum fabarum, aquæ florum nympheæ, florum liliorum albor um, seminum melonum, radicum iridis, draguntea, sigilli Salomonis. Aqua ex fragis cum radice alborum liliorum extillatis. Vel, Recipe aquæ liliorum alborum, aquæ Plantaginis et florum sambuci ana ℥.i. aquæ uitæ ℥ semis, misce & ablue. Ad idẽ pollet unguentum citrinũ Nicolai. Si uentus labia sciderit, inunge illa cum adipe anseris, uel bouis medulla: aut misce ceruinũ sepum cum semperuiuæ seu aizoi succo & terebinthina. Vel expeditius & mundius, pone parum mastiches in uino tepido per noctem & mane cum illo unge. Aliqui minus abhorrentes à sordidis rebus, aurium sordiciem labris illinunt: tela etiam araneæ supposita confert. Ad labiorum fissuras inquit Paulus, amurca in ære cocta ualet illita, & sanat: aut adeps anserinus cum melle & terebinthina æqualiter: aut foliorum rosarum farina

cum

cum œsipo & rosaceo: uel cum oleo seminis lini solo unge. Est etiam labiorum fissorum cura mirabilis, si oui internam pelliculam fissuris labiorũ agglutines: aut quod membranæ instar circa palmularum ossa hæret. Profundiores uerò in labijs fissuras adipe caprino uel anserino curato. Vt color faciei seruetur, unge albumine oui: si uis, admisce amilum, aut cum aqua gummi, aut cera. Paulus Aegineta sic: Qui æstu solis noxã contraxerunt, his, locis auræ expositis decumbendũ est. Vultum præterea, manus, crura, gelidis undis irrigare. Sitim potu frigidæ pro consuetudinis ratione sedare expedit: hancq́ non confertim, sed paulatim facere: alimenti item parum, facile in partes digestibile, liquidum potius quam solidum assumere confert. hæc ille. Liniantur pectora, & facies ex mucagine psyllij, aut tragacanthi, uel succo portulacæ cum albumine oui conquassato & co-

lato. Vtantur (ut aëri calido resista-tur) rebus infrigidantibus & calorem alterantibus, de quibus ex parte dictũ est capite quarto: ut syrupo de fructi-bus, & aqua seu succo hordei antequã iter arripiant. Capiat ante inceptionẽ uiæ omni mane offam in uino grana-torum aut citoniorum. Item si ledĩtur à calore, lauet pedes aqua frigida: & si tunc aut aliàs sitit, traĳciat paucam a-quam frigidam. Vtatur bonis cibis, facilis coctionis & boni succi.

Peculiarium quorundam morborum, & acci-dentium equorum curatio.

CAPVT XVIII.

ET si mulomedicorum sit & uete-rinariorũ scribere aut docere pro equis remedia: cùm tamen uide-rim antiquos Imperatorum medicos non dedignatos esse etiam irrationa-bilibus animantibus quæ homini in-seruiunt succurrere, uolui et ego non-nihil

nihil hic ex magis necessarijs docere: donec, Deo fauente, integrum & utilissimum probatorum remediorum librum curandis domesticis animalibus edam. Primò igitur si equus uentris beneficium habere non posset, iube ut puer aliquis uel iuuenis, qui nō admodum crassas habeat manus, inungat bene manum oleo oliuarū maturo & bono, & per sedem seu culum (ut legistarum utar uocabulo) imponatur, & aridum stercus, quotquot inuenerit, extrahat, iterum manum ungendo & extrahendo quoad aliquid inuenit, & curabitur. Si autem potius per os purgare uelis, da illi oleum tale ad unc. quatuor uel sex, aut plus cum aqua simplici mixtum, & euacuabitur fortiter & bene, ac si clystere imposuisses. Si equus edendi appetitum amisisset, frica illi os & linguam cum sale, post ablue bono uino, & paulatim seu parum singula uice da illi fœnū, & parum auenæ, uel zeæ seu speltæ:

& hoc modo melius edet. Vt pedem
seu ungulam habeat duram: Recipe
lib. unam mellis et lib. tres aquæ, & si-
mul buliant ad tertiæ partis consum-
ptionem, & eo sæpius pedẽ inunges,
citò fiet durissimus. Si mingere non
posset: Recipe oua sex recentia, & al-
bumen euacua, atque oleo oliuarum
imple, & per guttur proijce, stetq; capi
te eleuato, minget. Sed si adhuc non
mingat, hoc solo cogetur: tere abscin-
tium bene, & bulias cum aceto forti,
& eo unge eius uirgam uel priapum
Idem faciunt alleũ & piper simul tri-
ta, & membro apposita: nam irritant
uim expulsiuam. Si equus obstinatus
esset (Itali restiuum uocant) & nollet
progredi: habeas duas tenaculas, &
illorum pellem ab utroq; latere appre
hende, & tenaculas liga bene: post ali-
quis retrò transuersum coxas uerbe-
ret fortiter uirga uiridi, uel alia, & pr̨e
molestia tenacularum ibit. Si equus
clauo in pede à fabro ferrario (ut sæpe
(fit

fit) lesus esset (clauatum uocant, reperto & aperto uulnere, ut fluat si quid intus est, ablue aceto & sale, post galbanum intus pone, uel saccharū liquefactum, aut (ut docet Fuchsius) uerbasci fœminæ foliū probè inter lapides tusum, & apposita solea ferrea, iter tuum tutô prosequere. Si algore correptus sit, madefac peciam lineam in oleo laurino, & freno inuolue. Si equus sit morosus dum soleæ apponi debēt, cordulam fortissimā unge melle, & liga fortiter sub genu, & præ dolore quiescet. Lupi dentes equo adalligati eius arcent lassitudinem.

Cautelæ quædam in itinere atque hospitij habendæ: deq; curru seu rheda.

CAPVT XIX.

REm mihi difficilem aggredior, & quàm potius præstare posset et deberet senex aliquis mercator, uel qui aliàs, tāquam alter Vlysses, homi-

num mores & multorum urbes uidiſſet: Nam etſi uſq; ad quadrageſimum quintum ætatis meæ annum quo hic ſcribo, plus fortaſſe quàm uelim peregrinatus ſim, pedes, eques, naui, curru: ſolus, cum ſocijs, per Italiam, Rhetiam, Germaniã, Burgundiã, Sabaudiam: parum tamẽ eſt hoc, ſi ex mei ſolius experientia ſcribere uelim. Cùm enim iam diu dies mali ſint, id eſt, tales, ut in eis homines mala omnifariã, tum ſua corrupta natura, tum cõmuni & ſpirituali inimico cacodæmone inſtigante, perpetrẽt: quis tam cautus aut catus eſt, ut cautiones non dicam omnes, aut technas, ſed ne mediocrẽ quidem earum partẽ ſcribere poſsit? Optarim quidem libros iam diu paratos à clariſsimo uiro Hieronymo Cardano de technis calidis et frigidis, & alia eius quæ in hunc uſum habet, in lucem perueniſſe, aut ſaltem uidiſſe. Is enim ut infinitæ eſt lectionis & obſeruationis homo, ita naturali aſtu

tia

tia etiam in mundi agibilibus (ut uo-
cant) non parum pollet. Sed lectores
tamen ex eius hactenus editis libris,
præsertim de rerum uarietate, nõ pau
ca elicient. Atq; ut tandem incipiam,
maiorem hac nescio cautelam, quàm
ut iter acturus ad aliquod negotium
peragendum (nam de ociosis & uanis
hominibus, uel de apertè malis nihil
dico) ita coram Deo cordium scruta-
tore agat bona conscientia, & iuxta
Dei uerbum ac mandatum, ut profe-
ctionem illam Deus benedicere pos-
sit: benedictio enim Domini ipsa dita
bit, inquit Solomon: tutus autem u-
biq; est, etiã solus, cui Deus adest. Co-
mitatur autem Deus fideles eum ti-
mentes, & rectè nomen eius inuocan-
tes, ac sperantes: quiq; erga proximũ
tales se gerunt, ut Deum per Christũ
æternum eius filium & dominum no
strum erga seipsos agere optãt. Deus
enim charitas est, & qui manet in cha-
ritate seu dilectione proximi (non uer
bo

bo & lingua, sed opere & ueritate) in Deo manet, & Deus in eo. Scriptum autem est prouerbiorũ uigesimo: A Domino diriguntur gressus uiri: quis autem hominũ intelligere potest uiã suam? Et Ieremiæ decimo: Scio Domine quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet, & dirigat gressus suos. Ad hæc autẽ oportet non stolidos esse, sed prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Nam, ut ad particularia deueniam, qui aurum & argentum in uia uel hospitijs ostentat, is ueluti fures et latrones inuitat. Prona enim ad malũ hominis, præsertim impij, natura, facilè lucri qualiscunque spe accenditur: Et prouerbio fertur in Italia, furandi facilitatem facere hominem furem: Et nõ esse facile fidendum, ni uelis decipi. Sũt enim nonnulli, et nimium ubiq; locorum multi, homines, Dei prorsus timore ac cognitione carentes, nimirũ priuati pabulo Euangelij uel doctri-
na

na Christiana: uel ex reproborum et Cainorum Iudarumq́ numero: qui nihil aliud ferè cogitant aut obseruāt, quàm, non ut in sudore uultus sui, sed in alienorū rapina, uel occulta uel aperta, uiuant. Atque ita uiatoribus et peregrinis uias obsident, hospitiaq́ hac de causa frequentant. Et cum ut plurimum omniū egeni sint, opes et pecuniam uestitu aut falsa pecunia ostentāt. Scilcitantur, rogant quo tendas: unde uenias: et quid nō: Sed cauti et cordati uiatores facilè hos agnoscunt, et uitant, aut deludunt; simplices uerò et inexperti non rarò (nisi hospes admodū uigil et probus sit) illaqueatur. Sicut igitur, *Cantabit uacuus coram latrone uiator.* ita sua benè abscondere, ac dissimulare in talibus, ac cautè ambulare, tutius est. Narrauit mihi humanissimus et doctus legatus Regius, quē nunc nominare nolo, nō deesse tam audaces fures, qui noctu aut in crepusculo dū oppidi aut ciuitatis portā ingrederis ultimus, aut etiā

ſolus, cum bulgis aut hippoperis retro in equi dorſo ligatis, eas uelociter clam, abſciſſis corigijs ſeu ligamentis, auferant. Sed quis poſſet omnes furandi modos narrare, uel ſcribere? tu crimine ab uno diſce omnes; præſertim in hac fece ac fine hoc ſeculorum. Eſt aliud ocioſorum hominum & nebulonum genus, qui cum non uideant poſſe ulla uia ex te aliquid conſequi, non deſinunt ſcommatis, ſannis & dicterijs laceſcere, & moleſtare; hos niſi poſsis certò ſuperare & coërcere, admonito loci hoſpite, patienter & placidè pro uirili tolerabis, quoad Dominus Deus uiam euadēdi inueniet. Tria enim argumēta ſunt uitandorũ eorum incommodorum, quæ nulla ui ſuperari poſſe ſperamus; dilatio, ſolertia, & fuga. Verum non omnibus omnia hæc conueniunt, nec ex æquo. In uniuerſum ſapientia plerunque atque philoſophiæ ſtudium, à magnis calamitatibus nos uindicat. Illud uerò diligenter

ligenter obſeruare debet uir prudens, ut cum inter duo mala poſitus ſit, ſemper id eſſe uitandũ, quod ſi acciderit, reparari nequeat. Memini ante annos ſedecim cùm Mediolani publico in quodam diuerſorio pernoctarem (nomen aut inſigne nunc non ſuccurrit, ſed ſi illic eſſem, inuenirem,) atq; aliquot illic (ut ferè ſemper ſunt in ea ampla ciuitate, luſores & miri truffatores) eſſent ex illa hominum fece, qui tamen ſibi aliquid eſſe uidebantur, quòd domeſtici urbis forent, cum hoſpes mihi lectum indicaſſet ſatis benè ſtratum, in aula uel cubiculo ubi quatuor aut quinq; alij erant lecti non incommodè parati, aliquis illorum furciferorum ſciens quis mihi lectus eſſet aſsignatus, clamq; cubiculũ intrans, (nam ferè ſemper patent) & lodice cũ liteamine ſuperiore detracta, uitri fruſta ſatis magna & tenuia per lectum diſpoſuit à ſummo ad imũ inter duo liteamina, putans me ſine lumine in-

cautumque intraturum lectum, ac uulneratum iri debere, ac ita se habiturũ occasionem cum socijs ridendi. Sed cum more meo prius lumine lectum, antequam decumbam, collustrem, facile scelus inueni, ac hospiti (licet frustra) indicaui: nemo enim fateri uoluit se fuisse. Certò uerò scio me ne per somnium quidem illorũ quenquam læsisse: nisi lædere sit, non ludere aut perpotare cum talibus. Anno 1550. mense Maio in ualle Camunica agri Brixiani, cum sub horam cœnę in hospitium, pluuia onustus et equo fesso uenissem, ubi plures erant hospiti inseruientes semifamuli, adolescentes: cœnatus sum satis, pro loco, lautè: & cum sitirem, nõ peperci uino optimo & potenti, sed citra omnem ebrietatem: Cumque eo uesperi cum quodam equos uenales ex Germania puto, uel ex foro Varronis uulgò Varesio, deducente mercatore, equum meũ paruum cum magno & iuuene permutas-

sem,

ſem,additis aliquot coronatis, crume-
nam, ubi non minus,coronatis quin-
quaginta erãt,liberè,ut in loco de quo
mali quidquam non ſuſpicabar, eua-
gino , & coronatos illi numero . Parũ
poſt itur dormitum. Datur mihi pro-
prius lectus,famulus hoſpitis exuit ca-
ligas,ſuppono ceruicali ac capiti,eo
tamen uidente, peram : dormio in u-
tranq; aurem , ut aiunt,& profundè,
præter morem feſſus. Cùm in aurora
ſurgendum eſt, quęro crumenam,nõ
inuenio : hoſpitem clamito,enſemq;
arripio, meq; eo nudo,in porta ſiſto,
minitor me non permiſſurum quen-
quam egredi, niſi quod meum erat in
ueniam:erant ibi aduenæ aliqui. In-
terea hoſpes è lecto ſurgit, & aduení-
ens admonet me ut rurſus quærã cru-
menam in lecto: accedo,inuenio poſi
tam in medio.

Sed longũ eſſet multos caſus per-
cenſere. Hoc ſatius eſt mente tenere,
ut quod ſecretũ eſſe uolumus , ne cui-

quam dicamus, aut ostẽdamus. Cùm in hospitio interrogaris ab aliquo quẽ haud bene noris, quo, uel qua pergas, aut quando, ancipiti responso illum fallere non inconuenit. Cum uulpe enim uulpinari in hunc decet modum, Creteseꝗ fas est mentiendo fallere. In Germania ferè nihil tale mihi accidit, præsertim in ciuitatibus & oppidis. Sed miserum est in pagis rusticis, aut ubi unicum est hospitium pernoctare: nam non solum tota nocte senties ebrios rusticos aut aurigas, sed uix unquã lectus datur purus. Si pedes peregrinaris, eò peius tractaris, nisi hospiti sis notus, aut strenam numariam ancillæ aut famulo promittas ac dones. Si te hospes quicunꝗ uideat malè uestitum, aut immundo indusio, uel habitu militis Hispani peditis, uix boni aliquid obtines. Sed hæc uariantur pro regionum & hominũ moribus & religione. Consultum est ubiꝗ locorum se hominibus pro tem

pore,

pore, ſine peccato tamen, accommodare. Interdum facetum ſe præſtare, aliàs grauem, cordatum, & audacem. Ne unquam libro careas aliquo honeſto, qui tibi congerronis loco ſit dũ uacat. Per Rheticas alpes peregrinari nõ ſolum arduum, ſed ob rerum multarum penuriam interdum ualde incommodum. Aliquando panem non inueni, interdũ nihil fœni aut palearũ pro equo.

Quæ uerò iucundum iter reddere poſſunt (ait Cardanus) lecticę hyeme, eſſedum æſtate præferes. Eſſedo adeò commodè ferebãtur Auguſti, ut alea interim luderent. Conſtat eſſedũ duabus rotis maximis: ob id minimũ concutit; quaternæ enim cum maius ſpatium comprehendant, quia ſecundũ longitudinem geminantur, fit ut currus pendeat, repenteq́ diſſiliat. Geminæ autem paruæ, neque uehere pondus poſſent, nec uelociter, & incommodius. Lectica uerò à mulis mollius

fertur conclusa undiqꝫ hyeme, uitreis fenestris & thymiamate fota, ut liceat sine noxa etiam uoluptates capere.

Si super iuga mōtium ac super glaciem ambulare cogimur, ubi non de casu solum, sed de præcipitio agitur, leuis res cum industria nos tutos reddet: Calceis enim subligantur chalybeę cuspides ferreis laminis iunctæ ac continuæ, quæ quadrilaterem formā referunt, ut ubique iam fere uenales extant. Verum absque artificio tali sufficiet plerūqꝫ summis pedibus ambulare. Licet enim calceo uestiantur digiti, plurimum tamen iuuant contorquendo se, ut corpus in cōtrariam partem eius in quam labitur, inclinet: hærentqꝫ magis solo, non tantum ob id quod cum plures sint, multorū instar pedū sint: sed magis quòd dū corpus uniuersum eis solis innititur, fit ut exigua pars maiore pondere pressa firmius adhæreat. Pars etiam pedis reliqua cum libera maneat, auxilio est

parti

partilaboranti. Vt enim Aristoteles dicebat, quod mouetur, semper in animalibus alicui stabili inniti solet. denique homo studiosius iter agit, plerique ob incuriam cadunt.

Aliud in simili genere contingit, ut per scalas ubi quandoque fracti sunt lapidei gradus, & per montes eamus ubi multi periclitantur: cadunt facillime, ac frequenter descendendo, ascendendo homines minime. Equi pari ferme periculo in utroque uersantur. Huius primùm causam quærere oportet: cùm homo descendit, nititur in inferius: si labatur, põdus corporis cum nixu iungitur: ideoque homo maximo impetu, præceps agitur in inferna. At ascendendo, cum nixus sit ad superiora, etiam si labatur, corporis pondus à nixu & uiribus continetur, atque ideo non facile ruit. Equi tamen quoniam poplites nõ adeo flectere possũt, ascẽdendo longe magis fatigantur quàm descendẽdo: ideoque lassi, & facilius la-

buntur, & lapsi maiore cũ impetu ruunt. Descendendo autem magis obnituntur contra pondus, quod quatuor habeant crura, ideò facilius homine labuntur dum ascendunt: rarius uerò illo dum descendunt. Est etiam alia causa huius homini peculiaris, scilicet timor, & imaginatio quæ interdum facit casum: nam descendentes coguntur altitudinem uidere, non ascendentes. Adeò uerò hoc quibusdam perdifficile est, ut præeligant quandoque retrocedere, oculorũ usum posthabentes, ut timore careant. Boues tutius equis per montes incedunt, quod pede sint latiore, & ungula humiliore atque diuisa, & lentius eant: sic ut bos pedẽ (ut B. etiam Hieronymus testatur) posteriorem non prius eleuet, quàm priorem fixerit. Sed si homines suis pedibus innitantur, decet illos dũ descendunt summa uti diligentia, nixu ad superiora, uel etiam auxilio, quod multi facere solent, retrahentes.

Si

Si celeriter fuga eripere te uelis, aut fugientẽ sequi his potissimum septẽ præceptis res hęc optimè absoluetur. Eligas primum equum leuem laboribusq́; assuetum, & super omnia mitem & tractabilem. Deinde singulis pedibus, loco octo clauorum, quatuordecim affigantur, ne per mõtes quibus atteri solent claui euntibus, aut per tenacius lutum, excitãt soleæ. Ipsi uerò cursores secum deferant carnes pauonum (quæ coctę seu assatæ in ueru, etiam per mensem seruantur) aut ceruorum modicè salitas siccatasq́; ac tritas, proprij usus causa: panem quoque aridum, seu nauticum, nõ solum sibi, sed equo utilem: machinam quoque igneam, quæ rota soleat exonerari, multiplicemq́;, ut commodum usus q́; postulauerit: cingulum quoque coriaceum quo præsertim Itali utuntur ad natandum, si contingat non uadosum flumen transire. demum norit optime iter.

Quod si casus obijciat iter non cognitum, hac ratione tibi agendum erit: cùm uiæ ducem nactus non fueris, locum ex quo discedis pro centro statue, & circulo descripto, aut mente cõcepto, constitue loci ad quem tendis, situm, & meridiei lineam, quam ex solis ortu occasuq; uenaberis. Etenim intercedẽte errore quatuor aut quinq; partium, nihil pene oberit. Quod si pro his omnibus tabellã regionis depictam habeas, non parum proderit: Ergo ubi iter die agas, oculo locũ solis obserua, & diei horam mente aut horologio conijce, iterq;, illius ratione habita, ad locum diriges: memor quod meridiem respicienti, ortus est à læua, occasus à dextra: orientem uerò, meridies à dextra, septentrio à sinistra: atque ita de alijs contrario ordine. Nocte lunam aut stellam cognitã aut polum ducẽ habebis. Hæc ratio, ut pleraq; alia, usu & consuetudine facilis redditur, ac prompta. Horologium

um uerò ob pixidem, etiam præter horarum cognitionem, commodum nō leue adfert. Sed ſi de uia declinare cogaris, per æquidiſtantē procedes: neque enim plus admittes erroris, quàm ſponte ab initio feceris: quoniam eundem ſeruabis angulum. Quòd ſi angulum mutare cogaris, dum in uiam redeundum erit, duplicato angulo in aduerſam partem ęqualiq́; itinere abſoluto, in rectā uiam redibis. Demonſtrationem & figuram huius rei (ſi nō ſatis capis) uidere potes apud Cardanum de rerum uarietate, libro decimotertio, capite ſexageſimo tertio. Altera cautio eſt, ut in ignotis itineribus uiam tritiorem ſequaris: præter enim quod ſecurior ſit, facilius hoſpiti ac uiatori occurres, à quorum altero ſciſcitari de itinere poteris, maximè ſi linguæ non ignarus ſis: ab altero iuuari potes, periculumq́; effugere. Tertia cautio eſt, ut animaduertas, ſi uia in fluminis ripa

ſit, aut montis radice: tutius eſt flumẽ, aut montẽ ſequi: tritior enim hoc ipſo eſt, quæ ſecum flumen ducit comitem aut montis radicem: urbes enim, pagi, atque hoſpitia ſolent iuxta hæc ædificari, ut etiam apud Rhenum in Germania. Sunt qui etiam equorum ueſtigia obſeruent, quod non improbo: in tam facili enim periclitandi uia, quæcunq; animaduerſio utilis eſſe poteſt. Et cum mortalium caſus ac uita minimis ſemper à rebus pendeant, in itinere hoc adeò manifeſtum, ut nihil magis: nam ubi parum à uia deflexeris, aut ſub dio pernoctandum, aut in latrones fortaſſe incidendum.

Vbi claui defectu ferrum ab equi pede exciderit, claudicat equus, iter pedibus agendum: aut igitur molliter eundum, deſerendiq; comites, per noctemq; incognitaq; loca ſolus ibis, aut citato itinere contrahenda laſsitudo, ęſtusq; ac febris exinde: unde nõnunquã etiã mors ſequitur. Si diſſutæ

ſint

ſint ocreę, admittitur aqua: inde in hoſpitio commorandum: pecuniæ abſumuntur: ut non ſit numerus incõmodorum quæ iter agentes ſequuntur, ſi nõ omnino aut diligentiſsimi, aut potentiſsimi fuerint.

Vbi lapidoſa & lutoſa ſit uia, nihil melius ſi pedes ambulandũ ſit ligneis calceis: quorum uſus eſt in Gallia: nõ enim facile humectantur, & humidi facile ſiccantur. Sed quia pedes duritie lædunt, nec facile accommodantur, ſtupa implẽtur. At ſi per ſaxa eundum ſit, Turcarum more ſoleæ ferreę tenues ſupponantur: quod etiam militibus ſalutare conſilium eſt ad uitandum ferreos tribulos, qui ab hoſtibus nonnunquam ſpargi ſolent, ut capite quarto libri ſecũdi dicemus. At ſi per ſiccum breue ſit iter, crepidæ utiles erunt, quoniã pedes excalfaciunt. Ob id in domo manẽtes his utimur, quoniam pedes ſiccos reddant & calefaciant. Ocreæ, cothurni, ac ſocci, equitan

tibus conueniunt, pedes iter agentibus haud utiles: nam ſeu rima aquam admiſerint, ſeu (ut ſolet) celeri ac diuturna ambulatione maduerint pedes, nō niſi detractis licet illos ſiccare: preterea detracti refrigerato crure noxā afferunt, nec tam facile ut uolumus, detrahuntur.

Ad hæc non ſunt itinera illa tuta ab incurſionibus uel latronum uel beſtiarum, quibus per ſolitudines eundum eſt, uel aliàs loca non admodum habitata. Quare cōſueuerunt talium regionum populi cateruatim proficiſci, ſi quò longius eundum eſt: quo coniuncti tueri ſe cōtra latronum uel ferarum incurſus queant. Qui enim ſoli ſunt, multis ſunt periculis expoſiti. Eſt igitur inditū nobis à Deo, quem tentare non debemus, ut homines hominum ſocietatem amemus. Vnde ille dixit, hominem eſſe animal ciuile, ac ſocietatis ſtudioſum. Hinc eſt quod coniunctim pagos, uillas, ac ci-

uitates

uitates inhabitamus, & legibus utimur, quibus societas ista indiuulsa, et cum honestate cõseruari posſit. Hactenus nõ est illicitum (ut inquit Musculus in Genesim cap. 42. sanctis hominibus cũ illis uel habitãdo, uel proficiscendo coniungi, qui diuersæ sunt religionis & fidei, si fieri nequit ut cũ pietatis consortibus coniungantur, modo pietati suæ nihil hac cõiunctione incõmodent. Nec satis est homini iusto sic pro sua neceſsitate coniungi hominibus, ut rebus suis de securitate prospiciat; sed & illud requiri à se nouit, ut quod expectat à socijs pro societatis ratione, idẽ illis pręstet & ipse. Qui enim defendi uult cõtra uim malorũ, & ope coniunctorũ hominũ uti, iniquus sit oportet, si uicisſim ad defendendũ illos, atq; ita ad seruiendũ cõmuni securitati pro uiribus paratus esse detrectauerit. Quare inhumanũ, iniquum, & à iure consortij humani prorsus alienum est, quod Anabaptistæ, uel Antibaptistæ phanaticum

hominum genus, legibus humanæ societatis, quod ad defendendam publicam tranquillitatem attinet, subesse nolunt: nec arma ulla ratione in itinere ferre uolunt, tam scilicet spirituales sunt, ut corpus eorum lædi non possit, uel à canibus & lupis, aut uiarum obsessoribus & siccarijs. Non pauci alia ex parte adeò superstitiosi sunt, & puræ christianæ religionis ignari, ut iter aggressuri aut equum conscensuri tutos se putẽt, cum semel aut ter cruce se signarint: aut mortuo uel picto (proh nefas) Sancto, orationem Dominicã recitarint: nõ dissimiles Ethnicis, de quibus inter alios, Arnobius libro aduersus gentes quarto, ubi de fictitijs & putatitijs dijs agit, inquit: Ab erroribus uiarum dea Vibilia liberat. Hodie idem ascribitur Magis, quos reges uocant. Cætera similia, ac satis nota, scribere omitto.

Operęprecium me facturũ non dubito, si uiatores secretũ hactenus mo-

dum

dum doceam, quo poſsint aurum uel argentum tutò ſecum ferre ne agnoſcatur: quem modum à bene docto & experto authore hauſi, qui ante ducẽtos annos ſcripſit, quemq́ nos propediem in lucem, multorum utilitate dabimus. Is igitur ſic inquit: Docebo te naturaliter & ſine peccato incantare aurum & argentum, ita ut ſi teneatur, minimè cognoſcatur: & ualet ingenium iſtud incantationis naturaliter ad aurum & argentum per totum mundum, ſine timore dominorum & tyrannorum portandũ, & ad ſeruandum in toto tempore bellorum & tribulationum, & maxime tempore Antichriſti. Creauit ſublimis Deus aurũ ſic incorruptibile, ut ui cuiuſcunque ignis non perdat ſuum eſſe, nec colorem, nec uirtutem; & tamen eſt una res quæ ſtatim conuertit ipſum in terram. Et magiſterium huius ſecreti eſt tale: Aurum bene lima, & accipe crucibulum cum bona quantitate argen

ti uiui, & pone ipsum ad paruum ignẽ sic ut non uaporet, & pone intus limaturam auri, quam moueas miscendo cum argento uiuo, & post modicum tempus totum aurum inuenies infra argentum uiuum conuersum in farinam seu terram: postea ad bonũ ignẽ pone, ut argentum uiuũ recedat: uel destilla eum, & collige, ponendo desuper alembicum: & in crucibulo aurũ inuenies calcinatum, & in terram redactum. Vel si non potes limare, fac tenuissimas laminas quàm subtilius ualebis, & pone eas infra argentũ uiuum calidum, & habebis optatum. Et si uis hoc idem facere de argento, lima ipsum, & misce super lapidem cum argento uiuo & argento uiuo sublimato, & bona quantitate uitrioli Romani, & claude cum luto sapientiæ inter duas testas bene iunctas, & pone inter carbones quasi per unũ diem uel medium uel minus, & ipsum inuenies reductũ in calcem. Has calces por-

ta

ta per mundum publicè, & neminem inuenies (nisi hoc nunc forte detecto) qui argentum & aurum cognoscat. Et si uis calces occultare omnino, misce eas cum pice liquida, uel cera, uel gummi aliquo, uel cum omni re combustibili, & non cognoscetur ab homine huius mundi: sed erũt homines uidentes naturaliter, ut incantati. Et si uis hanc incantationem omnino soluere, pone calcẽ auri in cineritio, (ut aurifabri & chimistæ norunt) & uerũ aurum ut prius inuenies. Idem fac de argento.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE REGIMINE ITER AGENTIVM VEL EQVITVM uel peditum, uel naui, uel curru seu rheda, &c. Liber secundus.

Per mare uel alias aquas iter acturi, ut sese præparent. Ex Paulo Aegineta, Victus nauigantium.

CAPVT I.



OMITIBVS QVI primùm nauigantibus contingunt, neque facile, neque utile est resistere: plerunque enim omnibus prodesse solent. Oportet autẽ post uomitum non multa, neq; uulgaria edulia exhibere: sed aut lente uti sicca & cocta, modicum pulegij habente, aut pane macerato in uino aquoso & odorato. Potu uerò utendum est modico, eoq; aut uil-

lo

lo penitus aquoſo, aut aceto mulſo. At lentē coquere oportet, & ubi mollis facta fuerit, probè terere, deinde ſiccare, atque ſic in uaſe fictili componere. Si uerò ad longius tempus uomitus fiant plures, uehementiore cibi ſubtractione utendum eſt, & ipſo potu modico, aut aceto mulſo cum aqua, thymo in ipſo macerato, aut pulegio: aut aqua cum polentæ polline: aut uillo odorato aquoſo ſimiliter cū polline polentæ. Cæterum ad moleſtos in nauibus odores, aut mala cotonea olfacere oportet, aut thymū, aut pulegium. Sed & quam minimum in mare aſpicere oportet, donec ad conſuetudinem perueniat quis conuerſationis in mari. Ad aquas item reſpiciendum eſt, ut neque turbatæ, neqꝫ graueolentes, neqꝫ ſalſæ ſint. hæc ille cum Oribaſio.

Qui mare intraturus eſt, per aliquot dies ante cibum minuat, ac minus ſolito edat, utaturqꝫ cibis ſtomachū ro-

borantibus. Secum ferat cotonea poma, cappares, mala punica, & alia cōtra uomitum facientia, ut bonum dia cotoneon, coriandra præparata, &c. Et prima die qua quis intrauerit, ne aquam aſpiciat, neq; caput eleuatū teneat, nec comedat aut bibat, niſi parū quid. Poſſunt uiatores (niſi chirurgū uel medicum ut moris eſt ſecum habeant, qui ſecum remedia conſueta & magis neceſſaria ferant) ad magis ſolitos euenire ſibi ipſis uel in mari morbos præter iam dictos, remedia parabilia, medici fidi conſilio, ſecum ferre. Sed ſobrietas, & lætus animus à multis malis tuebuntur. Solēt medici uel chirurgi mare aſcendentes ſtipendio conducti, ſuam capſam uarijs parare opportunis remedijs, de quibus alij, ut Ioannes de Vigo, ſatis ſcripſerunt: ego breuis eſſe laboro, ſine obſcuritate.

Vbi mare infeſtum eſt ob balenas gregatim conuenientes ad prolifican

dum

dum, remedium est nauigantibus ca-storeum dilutũ aqua, & in mari effu-sum, ut narrat Zieglerus, lib. de regi-onibus Septentrionalibus. Nam hoc petitus grex balenarum totus repen-te dissipatur, in profundumq́ fertur.

De his quæ tempestatem arcere di-cuntur, & nauigantibus conducere, sunt Lactuca comesta, Plin. Pæonia gestata, Apuleius. Smaragdus & Ce-rauneus, lapid. achates & celonitides, Plin. epistritides, Alb. alchion auis, kiran. Qui autem à sydere percusi sunt, si asini lotio conspergantur, ho-mines sanescunt, ut extat libro de pa-ratu facilibus.

Suspecti nautici dies hi sunt, ut Fe bruarij sextus, xij. xv. xvij. xix. xx. Mar tij primus, vij. xv. xvij. xix. xxv., Apri-lis. v. vi. vij. xij. xx. his enim diebus ma gnas æquoris mutationes suscitari, uel ad tranquillitatem uel ad tempe-statem, aiunt nautæ.

Mare Persicum Sole Virginẽ ingrediente, agitatur, pręcipue cum peruenerit ad Sagittarium. Placidum uerò est cum Pisces & Geminos occupauerit. Contra, Indicum sub Virgine & Sagittario tranquillum: sub Piscibus & Geminis innauigabile est. ergo non à Luna. Plura in hoc ferè argumento diximus in libello de temporũ præcognitione &c.

Vnaquęq; nauis leuius admodum marinis, quàm dulcibus fertur aquis. ita naues in mari onera plura quàm in fluuijs citra submersionẽ portare ualent.

Si iter sit per ignota maria, plurimum confert ut dux uiæ una nauis præmittatur: nam si periclitatur, seruantur aliæ: si seruatur, aliæ non periclitantur: qui mos est equitibus flumina transeuntibus. Sed de nauigandi arte, & nauibus construendis &c. uide Cardanum fusè & cautè scribentem libro de rerum uarietate undeci-

mo

mo, capite quinquagesimo quarto.

In Borealibus regionibus quoniã maria congelantur, itinera dirigunt fixis inter niues & glacies palis iuniperi. Hospitia quoq; erigunt tribus aut quatuor palmis à glacie elata, ut ab æstuarijs non dissoluatur glacies, aut à clibanis. Nam adeo durescit glacies, ut duorum digitorũ crassitudine hominem sustineat: trium autem, equitẽ armatum: palmi & dimidij, turmas: quatuor palmorum, integrum exercitum.

De nausea & uomitu similibusq; symptomatis in aquis contingentibus.

CAPVT II.

ET si in præcedenti capite nonnihil ex Pauli sententia de uomitu dictum sit, hic tamen propriè de hoc erit sermo: Ne igitur in mari uel alijs aquis nauseam patiaris, abscintium & pulegium tere cum uino & aceto, & nares interius frequenter frica,

aut ſaltem odora. Apij torrefactum ſemen bibitum, prohibet nauſeam ne fiat, & factam ſedat. Abſcintium itidē modis omnibus facit. Styptica etiam quæ os uentriculi confortant, & uapores ad cerebrum aſcendere prohibent, ut cotonea uel ex his cōdita, granata, mala maciana, & ſimilia, nauſeam prohibent. Item lentes cum aceto comeſtæ, & in cibis aut embammatis acreſtam ponere, & parum mentæ uel calamenti, uel in eorum carentia, macropiperis. Vel comedere (præſertim aſſuetis) panem fractum in uino maluatico, aut aliquo alio auſtero & odorato uino. Si à uomitu abſtinere non poſsit, uomere non eſt malum: tamen effrenem uomitum & ſuperfluum ſedare oportet, uel cotoneis uel alijs ut ſupra dictum eſt. Dictum eſt de apij ſemine, quod præcipuè nauſeā ſedat ſi torrefactum ſit, & aceto infuſum. Etiam abſcintium bibitum & cataplaſmatū ſedat. Similiter micæ panis uel

fru-

frustula assata & lota in aqua frigida & cũ uino comesta, ualent. Vel similiter panis assatus, & cum uino odorato uel aromatico esus.

Sapor pro nauigantibus: Recipe amigdalas, rutam, alliũ, & nuces, tere & dissolue cum aceto forti.

Sapor pro ijsdẽ, ad carnes & pisces, elixum & assatum: Recipe amigdalas mundatas, parum allij mundi, nucem moschatam, caryophillos sex, tere simul, & dissolue cũ aceto & sapa: & da.

Nausea non poterit quenquam uexare marina,
Antea cum uino mistam si sumpserit illam.

In his uersibus remedium ponitur contra nauseam siue uomitum non assuetis transfretantibus accidentem: dicitq́ transfretaturum ante nauis ingressum debere aliquot diebus aquã marinã uino suo miscere. Pauper uerò solam marinam bibet, ut nauseam euitet. Huius remedij causa est, quia aqua marina salsedine sua & stipticitate claudit orificium uentriculi seu

stomachum, & per hoc uomitus *im*peditur. Est autem notandum, uiatorem in mari non multum conari debere, ut à principio uomitũ compescat, sed continuari permittatur donec uomens fuerit bene purgatus. Hoc enim à multis ęgritudinibus pręseruat, imò etiã curat, aut alleuiat, ut lepram, hydropen, apoplexian, & stomachi frigiditatem cum humiditate, & *eius in*flationem, ut uult *Auicenna tertia* pri mi doc. secun. cap. primo.

Si tamen uomitus ita esset superfluus ut debilitaret, restringendus esset, ut antea dictum est, ut malis granatis acetosis & aliis iam dictis, quibus stomachi orificium confortatum, humores inferius depellit, & stomachus humores ex maris agitatione ad se effluentes, repellit. Et præter iam dicta, uniuersaliter ualet nutritio uiatoris in mari ex cibis acetosis os stomachi confortantibus, & uapores ac fumos ad caput ascendere prohibẽtibus, ut sunt

lentes in aceto coctæ, uel cum omphacio. In fine prandij uel cœnæ semper stomachum sigillet cum frustulo cotonij, uel diacotoneo, quod facile uel cum saccharo pro ditioribus, uel cum melle pro alijs paratur, &c. uel cum coriandris in aceto rosato præparatis, & saccharo confectis.

Fœtor etiam ex mari, uel ex nauis sentina lędere solet, & spiritus animales ac cerebrum inficere ac corrumpere: pro posse fugiendus est; & æstate rosas rubeas uel earũ folia in umbra siccata odorare, ut santalũ citrinum, caphuram, cotonea, aurantia poma, poma communia odorata, uel pyra, ocymum, & similia. Vel fiant à pharmacopœis poma ambræ uocata seu pastilli, uel similia ex iam dictis & alijs rebus odoriferis, ut pro æstate; Recipe karabę albę, Iadani puri ana drach. duas, rosarum rubearum, styracis kalamitæ, resinæ pini, florum nenupharis citrini ana drach. unã, ambræ g rana

na

na tria, camphoræ grana quatuor: redigantur redigenda in puluerem, & in mortario calido & pistillo addita rosacea quantum sufficit, fiat pomũ, quod ligetur in sindone rara. de operosis est pastillus qui recipit Ambari ℥.i. Xiloaloes ʒ. iij. moschi ℈.i. caphuræ gr̃ xvi. Ambari ad ignem liquato, reliqua puluerata miscentur, postremò caphura additur: præstat cæteris odoratis &c. Hyeme conueniunt magis, Angelicæ radix uel etiam folia, caryophylli, amaracus, rosmarinus, cortex citri aut aurantiorum: uel similiter fiat pomum ex ladano, styrace, garyophyllis, nuce moschata, ligno aloë, uel ex supradictis aliquo alio, & mosco in aqua rosacea uel nanpha uocata dissoluto, & cera alba, in mortario calido secundum artem fiat pomum, studiosis & capitibus debilioribus præsertim, profuturum ualde.

Si febris aliqua oriatur, uel medicus in naui aderit, uel aliquis alius qui

dietam

diætam ſaltem ordinabit: nam multi nunc agunt medicos utcunq;. Et nos ſupra ſatis ad hoc ſcripſimus in capite decimo. Si purgatione quis indigeat, (& ſi uomitus fere ſatis ſit) ſupra inueniet capite primo, libri primi.

Potus in mari ut habeatur, inueniatur, ſerueturq́;, & ſimilia.

CAPVT III.

DE mari & aquis tractatum ueteris alicuius philoſophi iam pridem à me paratũ editioni, ſimul cum libro antiquo, ſeu lõgo dialogo de ſubſtantijs phiſicè, habebunt ſtudioſi cũ Deus dederit typographũ cui prælum uacet: uel qui uetera & utilia, non edita, cudere potius uelit, quàm toties (paucis additis uel mutatis) edita, ueluti crambem repetitam, recudere. Ex eo ttactatu nihil huc adferam, ſed alia quædam, obſeruatione fideli reperta, quæ ad rem faciant; Maris aquam

aquam grauiorem esse aqua fluminis, non obscurum erit pōderanti parem earum mensuram: hinc etiā fit ut cum crassior sit, maiora sustineat onera, nō solum quia copiosior. Ob id uerò est salsum mare (ait Cardanus) quod assiduus imbriū in ipsum casus iam ab æterno perseueret. Tria enim ad salsuginem seruandā sufficere uidentur: nempe, solis calor, quo terra uritur, putrescuntq́; aquæ: quod non decurrat ut flumina, imbresq́; excipiat. Omnis enim imbrifera aqua, quod sole torreatur & mora putrescat, subsalsa est. Adiuuat tamen ad maris salsuginem illius immensa uastitas: in qua uelut & in amplo terræ spacio salis montes non paucos contineri necesse est. Dulces uerò aquę salsis cōtinuantur. Natura ęstum inuenit, ne aquę immotæ putrescerent. Nō solum uerò à Luna mouetur mare, sed ab alijs etiā caussis, de quibus hic dicendum non est. Obseruatores enim dicunt, mare Persicum

ſicum Sole Virginem ingrediente, agitari: præcipuè cùm ad Sagittarium peruenerit. Placidum uerò eſſe ac tranquillè quieſcere, quũ Piſces ac Geminos occupauerit. Cõtrà Indicum, ſub Virgine & Sagittario tranquillũ: ſub Piſcibus & Geminis, innauigabile eſſe. Sed & de his in libro noſtro de temporum mutatione perpetua, &c. plura ſcripſimus. Iam de potu promiſſo dicamus.

Aqua marina, ſeu aliàs ſalſa, uentrem mollit: ſæpe tamen bibita, conſtipat, deſiccat, hydropicos & frigidos aut pituitoſos iuuat. Cotonea iniecta auferunt nocumentum aquæ ſalſæ: Vel iniiciantur ſorbæ, aut myrti ſemen. Sed cum in mari magna ſæpe oriatur difficultas circa potabilẽ aquã, non ab re eſt ulterius aliquid docere. Aqua ſalſa (alterius in defectu) bibatur cum aceto uel ſyrupo acetoſo, in quam myrti grana ſunt antea proiicienda, & uix quenquam lædet. Sed ut

magis potabilis fiat, formetur uas cereum, & os eius ita obfirmetur, aut circumligetur ut mare non intret per rimam aliquã: quod uerò ingredietur per cereos parietes, id est per latera uasis, fit potabilis aqua: nã quod terestre ac crassum est secernitur ueluti per linguam ceræ: salsedo enim causatur per admixtionẽ sicci terei adusti cum humido aqueo. Quo pacto aqua marina dulcescat, docet Plinius lib. xxx. cap. vi. Sane in maris littore semper aqua dulcis reperitur, & in locis mediterraneis, uel qui maximè umbrosi sunt, ut ait Comes Purliliarum. Sed quia multi (in quorum numero sum & ego) nõ sunt contenti aqua, dicã quomodo cognoscamus num uinũ dum per naues deportatur uerti debeat, aut corrumpi: paruum igitur uas seu barile, ut uocant Itali, eo uino repleatur, & undiq; bene obstruatur, & in mari mersum dimittatur per noctem: nam quocunque modo permutatur hoc, permutabitur

tabitur & ei ſimile reliquum: & è contra. Si uerò iam corruptionis indiciũ demonſtretur, ſic præuenire poterimus: Si ergo in uaſe multũ contineatur uini, uigeſima uini pars extrahatur, uel prout magis aut minus corruptioni uicinum eſt, & in eodem uaſe eius extracti uini loco medietas aquæ recentis (medietatem dico extracti uini) imponatur, & ſic per triduum dimittatur, deinde in aliud purum uas transferatur, ac ſic ad propriã ſeu priſtinam naturam reuerti conſueuit.

Si deſtillentur aquæ ſalſæ aut corruptę, emendantur prorſus: & ita Auicennæ decoctio intelligenda eſt, uel ſaltem per filtrum.

Vinum uerò per mare transuectũ ut diu duret, amurcam per linteolum excolatam, & ad dimidias coctam, cũ melle Attico uel alio optimo, in dolij fundum infundito antequam uinum infundatur. Hoc enim modo ad plurimum tempus perdurat. Imo ſi ma-

rinam aquam in uinum coniicias, stabile seruabis, teste Myrepso. Aliqui in aquam proiiciunt aliquam terram nō mali loci, nec fœtidam, & ita sinūt clarescere, & bis uel ter per pannum colant: aut cū aromate aliquo buliunt: uel ut supra dictum est, aceto uel uino modicis miscent.

Castrametandi & terrestris exercitus dedu-cendi breue regimen, & ars medica.

CAPVT IIII.

SI exercitus statio longa futura est, uitāda sunt (imo semper si fieri potest) paludosa loca in castrametando: & exercitus Imperator seu Rex quocūque in loco castra ponātur, tentorium sibi erigi curabit, illa in parte ubi uenti Boreas uel Zephirus seu Fauonius, uulgo Garbinus, uel potius ubi Eurus flant: Et singulo uesperi aliquo ad suffumigium parato pomulo uel orbiculo aut trocischo ex ambra uel styrace & similibus siccis, madefa-

ctoque

ctoq; in uino, ponatur supra paruas prunas in sui tentorij medio, uel ubi iacebit. Interdiu amuleta aliqua, uel probatas gemmas ad collum pendat usq; ad pectus. Cùm uerò ex loco ad locum exercitus transferri debet, semper ad unius Italici miliaris distantiã aut duorũ, præcedant pedites aliquot strenui & crassis calceorum soleis, aut ferreis calceati, qui tam in uia quàm circa uiam qua eundũ est, dispicient, an ab inimicis iacti uel seminati fuerint ferrei tribuli, aut claui, quos colligent. In fontibus item scrutabuntur num sit ibi aliquid nouiter infixũ ut palus uel aliud, & an sint illic herbæ non radicatæ, sed mortuę & proiectę, & nunquid innatet insoliti: hæc prius extrahent quàm de aqua bibànt. In cisternis aut puteis fiat scrutinium dictum in fontibus: & inspiciatur si massa picea, uel unctuosa in fundo iaceat, ut extrahatur, & aqua exhauriatur, ne incautos sequentes fallat. Si uerò

dictum scrutinium usque ad fundum fieri nò possit, aut nõ uacet tunc subtilissimus & candidissimus lineus pannus bene in aqua illa madefiat, & absque extorsione uel expressione aquæ explicabitur, & cũ corda ligatus pendeat ad solem uel ad aërem: & cum ui debitur exiccatus, complicetur: quod si maculæ cuiuscunque sint coloris appareant, certum est aquam esse malã, & pestiferam: si uerò nullæ appareant maculę, salubris erit. Atque ut exercitus ab epidemico aëre præseruetur, ubiq; extra suarum stationum limites per modum fossæ uel foueæ fiant cauitates, in quibus cadauera & animalium superfluitates & fœtẽtia omnia proijciantur: cumq; semiplenæ fuerint, terra superinducta tegantur.

Ptisana in usum febricitantium, & sitientium paretur in hunc modum: Vna hordei paropsis uel scutella, ponatur in tanta aqua ut hordeũ cooperiatur, in munda olla uitreata uel in le

bete

bete stanneato, & sic bulliat uno ferzuore ad lentum ignem: postea colabitur, & simili modo iterum bulietur & colabitur. Deinde tertia uice ponatur in decem scutellis aquæ cum duobus manip. graminis effoliati & loti, & tunc totum buliatur ad lentum ignē & clarum, usque ad consumptionem fere medietatis: postea ab igne deponatur, & usui reseruetur, siue colatū, siue non colatum. Cunctis febricitantibus cuiuscunque fuerint ætatis uel cōplexionis, dabitur puluis factus ex herbula dicta pane cuculi uel acetosella, ita ut unum cochlear eius admisceatur ptisanæ suprascriptæ, & sic bibetur in æstate frigidum, in hyeme calidum: & prædicta ptisana semper utantur in potu cum uinum non bibunt.

Omnes uulnerati utentur puluere poligoni herbæ duplici modo: sumendo uidelicet in ieiuno cochlear unum cū uino: uel si pauper fuerit aut acriter febricitans, cum prædicta aqua:

& item uulnere mundificato super-aspergatur exterius. Si uerò sagitta uel aliter quis toxicatus fuerit, sumat ieiunus cochlear unũ ex puluere sub-scripto cum uino aromatico, uel ptisana hordeacea supradicta: Recipe seminum citri à cortice mundatorũ partem unam, scolopendriæ partes tres, fiat puluis. Talibus etiam caules cum oleo cocti dantur in cibo, & folium uulneri superponitur, uel puluis aut folium integrum quercinum. Qui foliorum puluis in multos & mirabiles usus ex tenerioribus suo tempore folijs in umbra siccatis, parari in multa copia debet, & in sacculis coriaceis mundis ligari. Sed ulterior prouisio relinquitur exercitus medico perito, quo nullus, etiam pauper, exercitus carere debet: nisi chariorem pecuniã quam sanitatem stultè habeat.

Egregiè cautum esse Ducem exercitus oportet, subdolumq́ erga suos hostes. Nam & aggredi in tempore, insidiando

diando latére, & occasionem præbitã arripere, & aut ui, aut improuiso astu, quæ hostium sunt occupare, occupataq; tueri, bonorum Imperatorũ sunt opera. Sed de arte bellica & stratagematis plura ueteres & recentiores scripsere & edidere. Itaq; finem facio, ne mihi dicatur sutor ultra crepidam.

Variorum itinerum, præsertim terrestrium, descriptio: & miliariorum declaratio.

CAPVT V.

QVia itinera per milliaria distinguuntur, ea uerò iuxta regiones uariantur, operæprecium me facturum puto, si prius ob oculos clarè ac distinctè per tabellã rem mensurariam distribuam. Vt ex hac sequenti uidere licet.

MENSV-

Mille athomi faciunt unum digitum ad radicem unguis.	Miliaria Germanica communia.	Leucas, seu miliaria Gallica.	Miliaria Italica.	Stadia
Digitus				
Palmus				
Pes				
Cubitus	FACI	T		
Passus				
Pertica				
Stadium				
Miliare Italicum				8
Leuca seu Gallicum miliare.			$1\frac{1}{2}$	$12\frac{1}{2}$
Miliare Germanicum commune.		$2\frac{2}{3}$	4	32
Miliare Germ. magnũ, uel Sueuicũ	$1\frac{1}{4}$	$3\frac{2}{3}$	5	40

Passus	Cubitos	Pedes	Palmos	Digitos	Grana hordei.
					4
				4	16
			4	16	64
		$1\frac{1}{2}$	6	24	96
	$3\frac{1}{3}$	5	20	80	320
2	$6\frac{2}{3}$	10	40	160	440
125	$416\frac{2}{3}$	625	2500	10000	4000[illegible]
1000	$3333\frac{1}{4}$	5000	20000	80000	32000[illegible]
1500	5000	7500	30000	120000	48000[illegible]
4000	$13333\frac{1}{3}$	2000	80000	320000	128000[illegible]
5000	$1666\frac{2}{6}$	25000	100000	400000	16000[illegible]

Terræ longitudo est ab Occidente in Orientem, latitudo à Septentrione ad Austrum. Terræ circuitum ferunt esse stadiorum 252000. uel quod idẽ est miliariorum Italicorum 31500.

Alia opinio Alphagranij est differentia octaua, ut sit 20428. inter quas duas opiniones differentia est 11100. miliariorum.

Terræ diametrus est 6500. miliariorum. Secundum alios Mathematicos terræ longitudo est stadiorũ 400000.

Ad cognoscendam diametrum per circumferentiam multiplica numerũ circumferentię per 7. & diuide per 22. & nascetur diametri numerus. Ad cognoscendam autem circumferentiam per diametrum, multiplica numerum diametri per 22. & productum diuide per 7. & circumferentia seu ambitus proueniet.

Apparet (inquit alicubi Cardanus) ex his quæ nostris diebus innotuerunt, non terram oceano circumdari, sed

ſed oceanum eſſe tanquam lacũ quendam inter terras conſtitutum: altera enim habitabilis noſtra eſt, alia Nortica, Braſilia à meridie, & America à Septentrione. In ipſo autem oceano undique inſulæ numero incredibili, ſed uigeſies milleſimum excedere cõſtat. Itaq; mare lacus eſt terræ totius, non autem terra inſula maris. de terra uerò quo in loco poſita ſit, an ſit mobilis, et cuius ſit figurę, &c. uide cum alios, tum Ariſtot. 2. de cœlo cap. 13.

Itinera igitur diuerſa deſcripturus quę partim ipſe confeci, partim ab aliῇs facta et ſcripta uenere ad manus meas, omittam ſcribere quæ iam typis cuſa ſunt, tum quia facile haberi poſſunt, tum ne liber maior fiat quàm iter agenti conueniat. Habetur Antonini Imperatoris itinerarium, quod fortaſſe in fine huius erit. Eſt aliud iter Caroli V. Imperatoris Auguſtã ex inferiori Germania ab anno 1545. uſq; ad comitia apud Auguſtã Rheticam

cam indicta anni 1547. quousque singulis diebus & ad quot miliaria perrexerit: ab Mamerano Lucenburgo annotatum & emendatũ, excusum Augustæ à Philippo Vlhardo, anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo octauo folia tria in octauo. Habentur itinera pauca carmine scripta à Georgio Fabricio Chemnicensi, impressa Basileæ ab Oporino, 1551. unà cum Roma eiusdem. Itinerum nomina sunt hæc: iter Romanum primum, Iter Neapolitanum, Iter Romanum secundũ, Iter Patauinum, Iter Chemnicense, Iter Argentoratense. Itẽ, Locorum ueteres & recentes appellationes, liber in octauo, crassitudinis digiti. Non dubito alios etiam reperiri qui itinera scripserint, quos nescio. Iter ad Sanctum Iacobum uidi carmine Germanico impressum cũ his quæ in eo itinere accidunt, uel animaduertenda sunt: libellus est trium foliorũ, qui mihi ob nugas & superstitiones

immixtas non placuit: ideo omisi.

Constantini Cypriotę itinerarium maris, allegatur à Pontico Virunnio in historia Britannica.

In describendis itineribus his, non ero sollicitus, nec curabo, ponere latina locorum nomina, sed ea quorum usus est hodie, & lingua ijsmet locis propria, ut uiator intelligatur, dum iter petit eundo.

Bernhardus Breitenbachius scripsit itinerarium terræ sanctæ, impressum.

Iter Patauio Romam per miliaria Italica.

Ex Patauio igitur, seu da Padoua ad Angulara miliaria octodecim. Inde à Rouigo miliaria septem. Inde à Arqua de Salto miliaria sex. Inde à la Casa Saluatica miliaria tria. Inde à Oracan miliaria tria. à Francolin miliaria quinque. à Ferrara miliaria quinque. à la Torre de Loselin miliaria quinque. à Sancto Georgio miliaria

duodecim. à Bologna miliaria duodecim: à Pianoro miliaria octo. Logra- no miliaria ſex. Scaricalaſino miliaria quinque. al Caurez miliaria tria. Fio- renzuola miliaria duodecim. Scarpa- ria miliaria decem. al Ponte San Pie- ro mil. duo. Fiorenza mil. duo. San Caſan. mil. octo. Lolmo miliaria qua tuor. Barbirino miliaria ſex. Puodi- bonzo mil. ſex. Siena miliaria octo. San Michele da la Scala miliaria ſex. Saraual e miliaria ſex, Buonconuen- to miliaria quatuor. Scancicricho mi- liaria ſeptem. Recorſo miliaria decē. à la Paglia miliaria quatuor. à Aqua- pendēte mil. duodecim. à San Loren- zo mil. ſex. Bolſena mil. quatuor. à Monteſiaſcon mil. ſeptem. Viterbi mil. ſeptem. à Lago de Vigo mil. ſe- ptem. Roncignon miliare unum. Su- tri mil. tria. à Monte roſſo mil. quatu- or. Bachano mil. quinque. Liſola mil. ſex. Borgeto mil. unum. à Roma mi- liaria ſex.

Ex

Ex Roma Neapolim iter.

Marino miliaria duodecim. Belitri miliaria octo. à Sermoneta miliaria quindecim. Aquapuza miliare unũ. Segio miliaria quinq;. à la Casa noua miliaria duo. Marute miliaria octo. Teracina miliaria sex. Fondi miliaria sex. Vtri miliaria quinq;. Nolla (uel Molla) miliaria quinq;. Garignano miliaria octo. Sesso miliaria septẽ. Caschano miliaria quatuor. à la Torre de Francolisse miliaria septem. Capua miliaria octo. Versa miliaria octo. à Neapoli miliaria octo.

Ex Neapoli Aquilam iter.

Versa miliaria octo. Capua itidem octo. Calui miliaria sex. al Siesto miliaria uiginti. Benafri miliaria sex. Fernoli decem miliaria. Lagoscuro, decẽ. Casteldi Sangue, quinq;. Rocha di Rassa, quatuor miliaria. al Pian de cinq; milia, tria miliaria. Rocha di Valscura, sex. Petorano, duo. Sermona, quatuor. Populi, sex. Nauelli decem

cem. Puogio, dedecim & sex. la Aquila, miliaria quatuor.

Ex Aquila ciuitate Apuliæ Perusium, et Anchonam iter.

Da l'Aquila Verso Asisi à San Siluestro miliaria sex. Inderdoe, octo. Casteldi sant Angelo, quatuor. Ciuitaducato miliaria sex. Ariete, sex. à pie di Lupo, duodecim, Arone quatuor. Montefrancho, duo. Vuallescura, quatuor. Spoleti sex. Treui, octo. Foligno, quinque. Spelli, duo. Assise, sex. à Sãta Maria da gli Angioli, duo. Perosa, octo.

Da Perosa à Loreto.

Santa Maria da gli Angioli, octo. Assisi, duo. Spelli, sex. Foligno, duo. Colfiori, decem. Seraualle, quatuor. Varano, quinque. Valdi Magio, tria. Belfiore, quinque. Tolentino, tria. à la Raza, tria. Macerata, decem. Rechanati septem. Loreto tria, in Anchona, quindecim.

Ex Anchona Rauennam, Ferrariam, Patauium.

Fimesino, decem. Sinigaglia, quindecim. Fano, totidem. Pesaro, quinq;. à la Catholica, decem. Rimeno, quindecim. al Cesnadego, totid. Ceruia, quinque. al Sauio, quinque, Rauena, decẽ. Bagnacauallo, xij. Lugo, quinque. Fossa de Ziliolo, xij. Arzenta, iij. Consandoli, iij. Benuegnadi, iiij. Ferrara, xvi. Francolin, v. Horacan, v. la Casa Saluatica, iij. Arqua de salto, ij. Rouigo, sex. Anguilara, septem. Conselue octo. Padoa, decem.

Ex Basilea Romam iter: miliaria Germanica.

Krentzach, ein dorff. Vuilen, ein kleine mil, Varmbach, dorff. Rinfelden statt. ein mil. Möli: dorff. Mumpff dorff, ein mil. Stein, dorff. Seckingen, statt. Lauffenberg statt, anderthalb mil. Lütlingẽ, ein dorff. Houuẽstein, kleins stettlin. Tougeren, dorff. Vualdshuot statt, ein mil. Burtuuill, dorff. Tirngen, kl. stettlin. Neuukilch

ſtettlin,anderthalb.mil.Schaffhuſen, ſtatt,i. mil.Dieſſenhofen,ſtettl.Stein, ſtettl.ij.mil.Steckboren, ſtettl. Ermetingen,dorff. Coſtantz ſtatt, ij gros mil.Arb.ſtettlin iij. mil.Roſchach,ein marckt,halb mil. Rineck, ſtettlin,ein mil. Daſelbſt muſs mā uber farē. Vō Rineck auff das ſtettlin Veltkilch zuo,iij mil. Pluditz, ein ſtatt, ij. mil. Zum klöſterlin da iſt ein dorff,ij. mil. Arlenberg, ein halb mil. Landeck, ein marckt iij.mil. Finſter muntz. Federſpil auff der Marſel heide, ein herberg,dritthalb mil. Malſs oder Zum vij.kilchen,dorff,ein mil. Vueron,ein ſtatt,ſechs mil.Calteren,dorff,iiij mil. Traunim dorff.Zum keller. Sant Loran dorff, daſelbſt goht man uber die brucken. Sant Michael dorff.Trient, ein ſtatt,finff mil. Rufereit, ein ſtatt, drei mil. Lombardy godt an Berner Clus,finff mil.Vuille francken, dorff. Mantua, ein ſtatt,ſechs mil. Sāt Benedict,ein reich cloſter, zuo mil.Cōcor

dia ein kleins ſtettlin. Caſtella minor, ſiue Caſtellum S. Ioannis, ſtettlin. Bononia, ein ſtatt, zehen mil. Florenſola, ein ſtatt, Scarperia, ein ſtatt. Florentia, ſtatt, dreizehen mil. San Caſſan, ein ſtatt. Senis, ein ſtatt, achthalb mil. Bon conuent, ein kleins ſtettlin. Sant Clerico, ein ſtettlin. Aqua pendent, ſtatt. Sant Lorentz, ſtettlin. Bolſena, ſtettlin. Monteflaſcon, ſtettlin. Viterbo, ein ſtatt. Ronſilion, ſtettlin. Monte roſs, ſtettlin. Rōma, fünff und zuentzig mil. Summa eſt, miliaria Italica, ſeu Lombardica 580. Alemanica centum & 16. communia.

Ex Roma Venetias iter.

A Roma ad primam portam. Inde ad Neruam. Spoletum. Foligno. Nocera. Syſillo. Cambiano. Aqua angelo. Sant Ambron. ad Affan. Beſeren ubi inueniuntur naues Venetias uſque.

Alia uia.

Ex Roma ad Mariam de Loreto: inde

inde Anchonam: inde Venetias usq; nauigatur; inde Tridentum, &c.

Ex Antuerpia Basileam per Treuerim: parua Germanica miliaria, uel potius Leucæ Gallicę. Locorum nomina Gallica.

D'Auersa à Malines, quatuor miliaria. Louaniæ quatuor. Tillemon tria. ad Hu sex. Boys duo. Ionte duo. Grau ha dimidium. Soye unum cum dimid. Cambray duo & dimid. Fillij unum. Borzi duo. inde potest duplex iter capi, uel per Esternach, uel per Ettelbruck: sed per Esternach breuius est, & uenitur à Honsee tria miliaria. Viande tria. Esternach tria. Triere. Treuerim tria. Cerff uel Cierff duo. Lossen duo. Lebach totidem. Huystuillræ duo. Sarbruck unum. Sant Iohan unum, Gheum uel Gheuune unum. Mumcherck unũ, Rumelling

duo. Yucheborch. Hinc transis nemora, & uiæ dux capiendus est. Iuuiere duo. Strasburg tria. Slestat sex. Colmar tria. Herliering ij. Othmarzē uel Othmarsheim. Basel tria.

Aliud iter ex Antuerpia Treuerim per Leucas.

Cùm fueris à Hu ibis Fhohogne miliaria tria cum dim. Bomal unū & dim. Giurgerbā tria. Samieaut Malmedi unum. Santa Vitta duo. Bronfeldt tria. Bechendorff tria. Bittborgh unum. Spitthal duo. Trier duo.

Ex Antuerpia Basileam per leucas.

Cum fueris (ut supra) in Tilmon, eas ad Varen miliaria quatuor Legghe. à Liege quatuor. Verniz tria. Iar duo. Mamedi duo. Sant sut duo. si per Ypnon ire opus est ex Liege ire ad Herff, unum. Vuilre, unum. Dallen, unum. Ypnon, unum. Zoerbroot hic transis seme miliaria tria. Santa Vitta, quatuor. Bronfeldt tria. Bechen-

dorff tria. Bittborgh unum. Spitthal duo. Trier duo. Reliquũ habes supra.

Ex Antuerpia Moguntiam, &c. nomina Italica, per leucas.

Ex Antorff ad Diritom, quatuor miliaria. Dist, quat. Lasselt tria. Mastrich quatuor. Aquisgran, quatuor. Durra, quatuor. Peynbach. Brisich. Andernach, duo. Cobolenza, tria. Maganza, decẽ cũ intermedijs locis.

Gallicè, le chemin de Tuornay à Basle, per leucas.

Da Tounay a Andernarde, septem miliaria. Gandt, quinque. Anuers, decem Liere. Diste, septem. Assele. Mastrich septem. Ach, uel Arle, quatuor. Dur, totidem. Bonne, septem. Andrenach sex. Conuoldus tria. Poupart, quatuor. à Sant Gheuer duo. Baberac duo. Bingẽ ij. Ling. Ingelum duo. Mens quatuor. Francford quat. Tamerstat. Guerinche. Aupenã seu Oppenheim. Vuorms, octo. Spir. Grane quatuor. Rastat. Torhunzu.

Strasburg duodecim. Bopes Margeltzē. Kems. à Basle quatuordecim.

Ex Basilea Geneuam, miliaria Germanica, &c.

Ad Liechstall ij parua miliaria: inde cùm exis tende statim ad dextram, & ita recta quoad aquam inuenis. Vuallenburg miliare magnum. Balstal per paruum montem, unum. Intermediat Langeburg. Solodorum, unum. Intermediat Dietelspach oppidulũ. Buram duo. Harberg duo. Morat, unum magnum. Paterniacũ uel zuo Peterlin, unum. mediat Auans oppidũ in alto à dextra. Modon duo. ad sinistram tende Lausannam tres. Morges unum. Roll unum. Nyon unum. Geneuam unũ cum dimid. mediant duo loca.

Ex Basilea Bisuntium seu Bisantz caput Burgundiæ. miliaria Germanica.

Ex Basel ad Vualdicoph duo. Vlpach unum. Sept unum. Fetsch duo.

Vel

Vel Feuer unum. Tatter unum. Mimpelgard duo. mediant duo loca. Ex Mompelgard gon Clerenal quinq;. Bamc uel Bamen duo. Bisantz tria.

Ex Argentina Veronam per Germaniam.

Ad Rastet diei iter. Ad Spiram dies. Vuormatiam dies. Moguntiam dies. Inde si uis descendere Coloniam tres dies. Si uerò Francfordiam dies. Inde ad Vuirtzburg dies. Nurembergam dies duæ. Vlmam dies duæ magnæ. Augustam sesquidies. Kemptã sesquidies. Fuasach tantundem magna. Tridentum dies duæ. Veronam duæ dies breues.

Iter breuius ex Basilea Antuerpiam per leucas, & nomina Gallica, & Germanica.

Ex Basilea ad Kemps miliaria duo. Haultmursich duo & dimid. Hirtzfelt duo. Heiligcreutz unum. Colmar unum. Kesper unum. Lapolidi duo cum dimid. Pleinsoni duo ac dimid.

Sant dye quatuor. Vanum raon unũ & dimid. ſant Catelines duo. à la Ronches unum. Neu Villes duo. ſant Nicolas tria. Granbochier tria. Nomeni quatuor, Metz uel Meſs iij. Richemõ unum. Thionuilles unum. Rettinga unum & dim. Neurſich duo. Altar unum, Arle. Arlon unum. Sadex duo. Martelingo unum cum dim. Cholengiæ totidem. Chenoyes duo. Ortenuilles tria. Leignier unum. *Marche* tria, Lutin uel Cutin unum cum dim. Corionilla quatuor, Namur quatuor. Thourrin duo, Butbaye duo. Louainge quatuor. Malines quatuor. Anuerſa, quatuor miliaria.

Ex Baſilea Mediolanum miliaria Germanica.

A Liechſtall duo. Zoffingen tria. Surſee duo. Lucernam duo. Altorff per lacum quatuor, uel ad Bruna per terram, tria. inde Altorff per aquam, unum. Vrſera tria, intermediant Silano & Vaſer. Ayrollo ultra montem Gothar-

Gothardi, duo. Faitto duo. Lugano tria. Como totidem. Barlasina. Mediolanum.

Ex Roma Neapolin alio itinere quàm superius. Nomina & miliaria Italica.

Da Roma â la Ficha miliaria octo. à Valdi montone quatuordecim. Piedanani duodecim. Fruselone tria. Caperano octodecim. Ponte curto octo. alla Fratta decem. alla Rocha octodecim. Patria quatuordecim. Napoli sedecim.

Ex Ancona Ferrariam.

Ex Ancona à Sinigaglia uiginti Fano quindecim. Pesaro quinque. Fumine uigintiquinque miliaria. Sed sunt loca media. A Stabiniano decem miliaria. Cesena decem, & cætera.

Ex Como Florentiam & ultra, miliaria Italica.

Da Como à Herba duodecim. Pontida sedecim. Bergomo decem. Milano triginta. Lodi uiginti. Piasenza

totidem. Cremona triginta. Inde per Padum flumen itur Ferrariam, inde Bononiam, miliaria quadraginta. la Casa morta. à monte Carelli. à Barberino. Intaldumarian. Firenze. Inde à Lancisa tredecim. al Ponte à le tane tredecim. la Chiassa totidem. Anbiari decem. al Borgo san sepolcro, quatuor. à Pace transis montem tredecim. Ferm ignano sedecim.

Ex Basilea Venetias nomina & miliaria Germanica.

Von Basel gon Lauffenberg quatuor. Shaffhusen quatuor. Costantz, Dednang, Isne, Kempten, Reitten, Ferrerberg, Nazoret, Insbrugh, Stain, Brenerberg, And, Brixen, Botzen, Soltoren, Trient, Burg, Hospital, Cobel, Bassan, Castel Franc, Mestres, Venedig.

Alia uia quæ per Alpes Venetias ducit.

Liechstall, Zoffingẽ, Lucerne, Vri, Gottardberg, Pellinsona, Louers, Fer-

Ferres, Mediolanum, Cremona, Bresſa, Verona, Vicenza, Citadella, Caſtel franco, Maſtres, Malgera, Venetiæ.

Ex Mediolano Compoſtellã per Galliam, Hiſpaniã, &c. miliaria primò Italica, poſtea Leucæ.

Nomina Italica.

Vercei quadraginta miliaria. Liuerna uiginti ſex. Chiuas nouem. Turin uiginti. Riuole ſex. Vigliana quatuor. ſan Giori ſeptem. Suſa quatuor. Inſiles ſex: hinc intras in Delphinatũ Viennæ, & per Leucas, quæ interdũ duo, interdum tria miliaria Italica cõplectuntur: ab Inſiles ergo ad Honzon leucæ duæ. Suſana duæ. Breenzon tres. San Martin duæ. San Creſpin tres. Embron quatuor. Corſes quatuor. Talardo totidẽ. Salſa i. San Lazaro tres. Empera duæ: hac intratur in Galliam Narbonẽſem, ſeu Prouenza, ex Empera ad Sadoron tres. à Saur tres. Marmoron tres. Carpẽtras

totidē. Trinanguæ duę. Vignon duæ. Villa noua ij: hinc intratur propriè in Galliam, à Saragnaga leghe iiij. Besorza i. Nemes duę. Lunel quatuor. Columbet duæ. Mompelier duę. Lupian quinque. à san Tiberio tres. Bises tres. Campo stagno duæ. Hons quatuor: cum discedis ab Hons ne eas per rectum iter, sed uidebis uiam à sinistris qua ibis à Franzarin xij. Marsaieta i. Tribi xij. Carcasona i. Abrā iij. Pedesora i. Castel nouo una. Villa francha iij. Villa nouella una. Vagesia duæ cū dimid. Mōgiscardo duę. Tolosa tres: hinc exis ab Anseris lingua, uulgò lingua d'ocha, & intras Aquitaniā, uulgò Guaxogna. Tolosæ in templo Sernini ostendunt in tribus arcis argenteis corpora Sanctorū (ut aiunt) Matthei, Taddæi & Sernini. Ex Tolosa ad Lagabi iij. Lila tres. Gimon ij. Gobier duæ. Marzan una. Siuat una. Baram duę. Laila i. Monte Shiuo duodecim. Marsegiach tres. Malborget duæ. No
gia

gia tres. Morlans duæ. Borgo arber tres, Hortes duæ. Pondhortes duæ. Salua terra tres. Malborghet duæ. Hostran duæ. San Zan de pie de port quatuor, à Roncisualle septem. Nunc Nauarriam intras. In Roncisualle poteris mirabilia quædam uidere, ut Rolandi cornu, sepulchrum eius & aliorum heroum, ossa Gigantum, &c. Inde al Ponte del Paradiso quatuor. Resogna una. Pampaluna quatuor, Ponte de la ruina quinqꝫ. Lustela quatuor. La recho del Roy quatuor. Vianas quatuor. Grugno una. Hac intratur in Hispaniã. Nauaretta duæ. Nausera tres. San Domenego de la Calzada quatuor. Gregnon tres. Beltferato tres. Villa francha duæ. Villa noua quatuor. Burgus quatuor. Fornello quatuor. Fontana duæ, Castro soritz duæ. Ponte de mula duæ. Formeza tres. Carion quatuor. Caschadegia quatuor. San zane duæ. San Fongon duæ. Brunello quatuor. Mansi-

glia quatuor. Lion de Spagna tres. San Michele duæ. Ponte de l'aqua quatuor. Storga tres. Rauanela quinque. Villa noua quatuor. Sette molini duæ. Monteferrato duæ. Panier duæ. Villa francha duæ. hinc intras Galitiam, à Salua terra duæ. Mala Faua quatuor. tre Castelli sex. Villa noua quatuor. Ponte de min quatuor. San Iacõo nouello quatuor San Leunes quinq; . Villa noua tres. Villa roza tres. Compostella tres.

Ex Taurino Argentinam.

Chieuasch, Sant Ia, San German, Vercelli, Nauara, Gatinara, Arona, & transire lacum maiorem seu Lariũ uocatum, & uenire Bellinzonam, inde Faydt, Irol, Monte san Gottard, Altorff, per lacũ Lucernam ire, Zophingen, Olten, Liechstall, Basel, Brisach, Strasburg.

Ex

Ex Geneua Lugdunum: & inde per Lothoringiam, Basileam. per Leucas Gallicas.

Ex Geneua Colonge leucæ tres. San German tres. Lantua tres. Sardē tres. san Mauritz totidem. Moluell quatuor. Lion tres. Vila frācese quinque. Macho sex. Tornon quinq;. Calon quinque. Verdon tres. Soree tres. san Gan de Loua tres. Ausona tres. Pontarch totidem. Grey quatuor. Bratt tres. Ongichort quinq;. Matilart tres. Lusoi quatuor. Roncan tres. Luré una. Befort quatuor. Tamerkilch quatuor. Altkilch una. Augspurg una. Essinga semis. Basel semis.

Ex Fontanou Argentinam iter.

Begu una. Arslie tres. Bisontena à

Santa Maria quatuor. Scenouuill tres. Matzene tres. Strasburg tres.

Ex Antuerpia Lutetiam, per leucas.

Malins quatuor. Borſelles quatuor. Ans quatuor. Abreans totidem. Amons tres. Aualenſiens ſeptẽ. Cambertu totidem. Micencoſture quatuor. Perona quatuor. Marſcel tres. à Roye quatuor. Giornei quinq;, Pont ſant meſen quinq;. San Lis tres. Liure quatuor. Paris quod eſt orbis in orbe, ſex.

Aliud iter ex Venetijs Romam, quod aliàs peregrini faciebant.

Da Venetia à Chioza, Ferrara, Bologna, Caſtel San Piero, Imola, Faenza, Forli, Ceſena, Rimene, Peſaro, Fano, Sinigaglia, Anchona, Santa Maria da la rete, Tolentino, Camerino,

Foli-

Foligno, Spoliti, Terne, Narne, Otri-
goli, Rignano, Castel nouo, Roma.

Aliud ex Basilea per Metim Antuerpiam: per leucas.

Otmartzẽ tres. Hirtzfelden ij. Col
mar duæ. Keisersperg una. Plain fin
iij. San Die duæ. Raon quinq;. Neue
Ville quatuor. San Nicolas quatuor.
Nãsy due. Nomenin quatuor. Metze
quatuor. Tionuille quatuor. Narzi
tres. Arlon quatuor. Martelange tres.
Ortonuille quinq;. Marzia quatuor.
Imtione quatuor. Namur quatuor.
Pernes tres. Louano quatuor. Mali-
nes quatuor. Anuersa uel Bruxelles
quatuor.

Iter ex ualle Telina Basileam: per miliaria Germanica.

Ex Tirano Pesclauium duo milia-
ria parua. Inde Pisadellum, uel ab a-
lio latere ubi est melior uia, quamuis

utrinq; aſcendendum ſit, unum miliare. Inde ad domum Dorici uel filiorũ in Pennina monte, duo miliaria. Inde Pontreſinam, unum miliare. Samadã dimidium miliare. ad Pontem Chamuaſch unum. Inde aſcenditur albula mons, & poſt deſcenditur uſque ad Borgognium duo. inde à Lanz unũ. Inde Parpan unum. Curiam, unum. Ragaz, duo. Valleſtatt, duo. Inde per flumen ad Vuczam duo, uel per montem. Ex Vueza per flumen, uel per terram ad Rapiſuil duo. Tigurum duo cum dimidio: inueniuntur loca intermedia in quibus hoſpitia etiã ſunt. Sed qui uult per nauim commodè & parua impenſa uenire, ſit in Valeſtat die Martis ueſperi, ut ſummo mane ſequenti nauim euntem ad mercatum Tigurinum in duobus diebus, aſcendat. Ex Tiguro Badam Heluetiorum, quatuor miliaria, inde Bruck, Mumpff unum miliare. Rinfeld unũ.

Baſi-

Basileã duo. Sunt alia intermedia hospitia ubiq;.

Ex Clauenna Curiam Rhetiarum iter est duorum dierum.

Duplex iter: nam aut per Splugam montem & uicum, & Tosannam, uenitur Curiam: aut per septimum montem latiori & parum longiori uia uenitur ad Lanz, & Curiam. Singulo ferè miliari etiam dimidio. Ex Clauenna si Curiam tendis, præstat per Splugam. Si uerò ex Curia Clauennã, pręstat per Septimum ire. sunt utcunque hospitia.

Ex Basilea Augustam Vuindelicorum itinere equestri, & mil. Germanicis.

Rinfelden, Mumpff, Lauffenberg,

Vualdshuot, Nuukilch, Schaffhusen, Phullendorff, Sulga uel Kunigsechs, Schuoseriet, Biberac, Vlm, Augspurg. uel ex Shaffhusio gon Stocken iij. m. Phullendorff ij. Mengen per syluam i. Ruedlingen i. Margdal i. Einga i. Hirpach ij. Vlm. i. Kindzpur ij. Augustam vij; uel per nauim, & pedes, uel eques etiam, ex Schaffhusio Diessenhofen i. Stein i. Steckborẽ i. Constantiam i. Merspurg i. Marckdorff i. Rauenspurg ij. Vualsee ij. Ochsenhusen ij. Eritzheim i. Osterberg i. Rotterhusen i. Crempach i. Dainhusen. i. Rieda i. Gezzerhusen i. cum dim. Tiredorff i. Augustam ij: uel alia latiori & longiori ex Constantia ad Lindaum (Lindou) Vuangen etc. Memingẽ, Mindelheim, Sibnach, Muminchen, Augspurg.

Ex Basilea Friburgum Brisgoę.

Schliengen, anderth. Crozingen ij. Friburg, anderthalb. mil.

Iter

Iter à Basilea ad Sanctam Mariã in Lotharingia: miliaria Germanica.

Exeundum per portam Sancti Iohannis ad Michelfelt, mil, dimid. Domus seorsim dim. Kemps dim. templum cum puteo dim; Americk, Otmarzheim uicus mil. i. Hirtzfelt dim. Niderhecke. Heiligcreutz oppid. mi. i. & dim. Kolmar. i. Beinuuir i. Clicheluuir i. Rabuuir urbs i. Ruppeuuir, Mariæ kilch.

Iter à Sancta Maria Basileam, deuitatis montibus.

Mariekilch, Heiligcreutz, Mosla, Lieure, ibi crux supra ripam: à latere castelli Banuille molẽdina. Castholtz ij. Domus cum ponte. Barchet urbs i. Pagus quidam. Templũ. Colmar ij. Heiligkrutz i. Nider hercke. Hirtzfeldt andert. Bantzẽ totidẽ. Othmarsheim di. Amrick. Templũ cũ puteo. i.

domus seorsim dimid. Michelfeldt, & Basilea unum.

Iter Basilea Bibracum.

Krentzach dim. Vuilen. Vuallenbach, Rinfeldt, Muli, Mumpff, Stein, Sekingen, Lauffenberg, Loutingen, Hauuenstein, Toperē, Vualtzhuot, Diengen, Hor, Eschingen, Radin, Neuhaus, Neukilch, Schaffhusen, Herblingen, Deingen, *Euringen*, Hiltzingen, Rumelshoff. Stisling, Vualuuiss, Stockē, Vrsu, Neuphus, Beyuuang, Phullendorff, Ostren, Daffaschuiler, Bachhaupten, Saulpē, Brunauuiller, Buochen: hic conscenditur lacus magnus: Opeltzhusen, Stafflungē, Mitlen Bibrach, Bibrach: si quis non possit aut nolit per lacum ire, hac ibit, Saulgen, pagus quidam alius, Reichēbachs, Steilin hus, Druttenschuiler, Krott, Rente Vuenuschuuiler, Bibrac.

Iter

Iter ab Argentina Basileam.

Von Strasburg exeundum per portam, Metzger thor, Vuickhusli parua arx, Blopsi, i. & dimid. Vnser frauu zur eich, cœnobium. An der krafft, pagus ad fluuium uocatum Krafft i. Berste, Obner dim. Boffen, Birsenen dim. Thiebelza, Flachsen, pagus quidam, Artelzen i. Mazene, Marckilzen dim. Arzene, Piesen i. cũ dim. Brisach urbs, Othmartzheim, Amrick, templum cũ puteo i. Kemps dim. domus seorsim dim. Michelfeld, Basel. i. intratur per portam sancti Iohannis.

Iter Basilea Tigurum.

Von Basel per portam sancti Albani, zum Rotenhus, Rinfeldt ij. Mule, Mumpff i. Eicken, Frick, Hornus, Botzen ascendendus est mons, ij. Euingẽ, Brug oppid. D. Bernatum i.

Rufs fluuius qui naui transeundus. Bebendorff, Vuill. Baden urbs transeundus fluuius. Frimat, Vuatingen cœnobium ubi naui fluuius transeundus, Leimat, Breitbach, Dietingen, Altstetli. Zurich: hac alia meliori uia nõ transeundus naui fluuius Leimat, sed tantum pons: ex Baden ergo ad Vuurls m. dim. Outuill. Vuiningen dim. Hun dim. Zurich intrandũ per portam Niderdorff dictam, dim.

Iter Basilea in Lauffen.

Munchenstein castrum & pagus, Altkilchen castrum, aliud castrũ Dornach castrum cum pago, in montibus ad sinistram: Rinach pag. Episcopi Basiliensis. Eschen i. hinc licet ire uel per montem, uel per uallem iuxta Birsam &c. Lauffen i. oppid. Episcopi Basil. ubi Euangelium prædicatur.

Dum alia atque alia itinera ab amicis

cis exquiro, incidi in librum itinerum totius Galliæ & partium uicinarum, à Parisijs primaria urbe ad loca omnia frequentata iter distinctè docens, & multa monens: qui quia satis ex se magnus est liber, & toties Parisijs excussus, satis mihi est, si illius titulum ea lingua hic scribam, ut quiuis sibi comparare queat: titulus Gallicè talis est:

La guide des chemins de France, reueue & augmentee pour la troisiesme fois. Les fleues du Royaume de France, aussi augmẽtez, à Paris, chez Charle Estienne, Imprimeur du Roy. M. D. LIII.

EXCVSVM ARGENTINAE PER
Vuendelinum Rihelium.
M. D. LXIII.